אשש אָשִׁישׁ *m.* Fundamentum: Plur. Conſtr. לַאֲשִׁישֵׁי *De fundamentis, & ל eſt pro* עַל, *juxta R. Sal. Jeſ.*6,7. Chald. אֻשַּׁיָּא Fundamēta ipſa, Eſr.4,v.12. Aff. אֻשּׁוֹהִי Fundamenta ejus, Eſr. 6, 3. *Hinc Hebræi quidam deducunt ex* Hitph. הִתְאֹשָׁשׁוּ Fortes eſtote, *q. d. Benè firmati & fundati, Jeſa.* 46, 8. *de quo etiam ſuprà in* אִישׁ.

אֲשִׁישָׁה *f.* Lagena, 2.*Sam.*6,19. Plur. בַּאֲשִׁישׁוֹת *Lagenis, Cant.*2,5. Formâ maſc. Conſtr. אֲשִׁישֵׁי *Lagenas, Hoſ*,3,1.

* אֶשְׁתַּדּוּר Chald. *vide in* שְׁדַר

את Verbis activis ſubjunctum, notat Accuſativum; poſt paſſiva, Nominativum; *ut*, יֵאָכֵל אֶת־הַצְּבִי *Comedetur caprea, Deut.*12,22.*& ſic paſſim.* Sic poſt Verbum Neutrum, 2.*Sam.*11,25. Ante Makkaph notatur cum Sægol אֶת־: *Ter etiam abſque Makkaph, Pſal.*47,5. *Pſal.*60,2. *Prov.*3,12. Sic etiam ante Pronomina notat Accuſativum; אֶתְהֶם *Eos*, אֶתְהֶן *Eas*. אֶתְכֶם *Vos*, אֶתְכֶן *Vos, fœm.* Ante alia Pronomen eſt cum Cholem, אֹתִי *Me*, אֹתְךָ *Te*, אֹתָם *Eos*, אֹתוֹ *Eum, &c.* מֵאֵת *De, E, Ex, Jer.*2,37. 1.*Reg.*6,33. Et ita abſolutè quandoq; ſumitur, אֶת־הָעִיר *Ex civitate, Gen.*44,4. *Sic Exod.*9,29. 1.*Reg.*18,22. Item pro præpoſitione אֶל Ad, *vel ejus vicario* ל: *ut*, אֶת־הַכֹּהֵן *Sacerdoti, pro* לְהַכֹּהֵן *Lev.*13,49. *Sic, Lev.*16,15. *Job.*26, 4. 1.*Reg.*6,31. *Eſt &* Cum: *ut*, אֶת־מִי *Cum quo, Jeſ.*40,14 *Jeſ.*23,17. *& alibi ſæpè.* Hoc uſu cum Affixis Pronominibus frequens eſt, אִתּוֹ *Cum eo*, אִתְּךָ *Tecum*, אִתִּי *Mecum*, אִתָּנוּ *Nobiſcum, &c. Hinc eleganter*, מֵאִתְּךָ *De tecū, i.e. A te*, מֵאִתִּי *A me*, מֵאִתּוֹ *Ab eo, & ita deinceps. Reperias*

etiam אוֹתְךָ *Tecum, Ezech.*2, 1.6. *pro* אִתְּךָ. *Et sic,* מֵאוֹתִי *A me, pro* מֵאִתִּי *Jesa.* 54, 15.

אֵת *m.* Ligo: Aff. וְאֵתוֹ *Et ligonem suum,* 1. *Sam.*13.*v.*20. Plural. וְלָאֵתִים *Et pro ligonibus,v.*21. *Et cum Dagesch,* לְאִתִּים *In ligones, Jesa.* 2, 4. Aff. אִתֵּיכֶם *Ligones vestros, Joël.* 3, 10.

אַתְּ, אַתְ *Vide in* אני.

אָת *Chald.* vide suprà in אות.

אָתָה Venit, Advenit, Accessit; *propriè Chaldaicum est, unde & ejus linguæ formam imitatur:* Præt. אָתָנוּ *Accedimus, Jerem.*3, 22. *ex formâ Quiescentium tertiâ Aleph.* Particip. אֹתִיּוֹת *Venientia, Ventura, Jes.*44,6. Imper. אֵתָיוּ *Venite, Jesa.*21,12. *& cum* ה *loco* א, הֵתָיוּ *Jesa.*21,14. Futur. וַיֵּאת *Et venit, Jesa.*41,25. *per Apocopam:* וַיֵּתֵא *Et venit, Deut.* 33, 21. תֵּאתֶה *Perveniet, Mich.*4,8. Chald. Præter. אֲתָה Esr. 5, 3. אֲתוֹ Venerunt, Esr. 4, 12. Infin. לְמֵתֵא Ad veniendum, Dan. 3. v.2. Imperat. וְאֱתוֹ Et venite, vers. 26. Hiph. Præter. הַיְתִיו Venire fecerunt, Adduxerunt, Dan. 5, 3. Infinit. לְהַיְתָיָה Ad adducendum, v.2 Hoph. Præterit. וְהֵיתָיִת Et adductus est, Daniel. 6. v. 18. הֵיתָיו Adducti sunt, Dan. 3. 13. in quibus א more Chaldaico in י commutatum est.

אות, את *c.* Signum, *quod Eventurum aliquid portendit, vel aliquid in mentem vel memoriam Venire facit; vide suprà suo loco.*

אָת *Chald.* Idem.

איתון *m.* Ingressus, *Ezech.* 40, 15.

אתן אָתוֹן *f.* Asina, *Num.* 22, 23. Aff. אֲתֹנוֹ *Asinæ suæ, Gen.*49, 11. Plural. אֲתֹנוֹת *Gen.* 32, 15.

אַתּוּן אַתּוּנָא *m.* Chald. Fornax; לְגוֹא־אַתּוּן Intra fornacem, Dan. 3, 11. לְמֵזֵא לְאַתּוּנָא Succendere fornacem, vers. 19.

אתר m, Chald. *Locus*, Dan. 2, v. 35. Aff. עַל אַתְרֵהּ *In loco suo*, Esr. 5, 15.

בָּאתַר Vide in בָּתַר.

ב

באר Pih. Declaravit, *Deuter.* 1, 5. Infinit. בָּאֵר הֵיטֵב *Declarando benè, Dent.* 27, 8.

בְּאֵר f. Puteus, *Claram aquam continens, Genes.* 16, v. 14. Aff. בְּאֵרֶךָ *Putei tui, Proverb.* 5, 15. Plural בְּאֵרוֹת *Putei, Genes.* 26, 15. 18. Et aliâ formà, בֶּאֱרוֹת *Gen.* 14, 10.

באר *Vide in* בּוֹר.

באש Putruit, Fœtuit, *Exod.* 7, 18. Futur. וַיִּבְאַשׁ *Et fœtuit, v.* 21. Niph. Prœter, נִבְאַשׁ *Fœtidus factus fuit*, 1, *Sam.* 13, 4. נִבְאַשְׁתָּ אֶת־אָבִיךָ *Fœtidus redditus es apud patrem, vel patri tuo*, 2. *Sam.* 16, v. 21. נִבְאֲשׁוּ בְּדָוִד *Fœtidi facti sunt Davidi*, 2. *Sam.* 10, 6. *In* Hiph. *transitivè & intransitivè sumitur:* Præter. הִבְאִישׁ *Fœtuit, Exod.* 16, 24. הִבְאִישׁוּ *Putruerunt, Ps.* 38, 6. הִבְאַשְׁתֶּם *Fœtere fecistis, Exod.* 5, v. 21. Fut. יַבְאִישׁ *Fœtidum reddit, Prov.* 13. *vers.* 5. Hitph. Præter. הִתְבָּאֲשׁוּ *Fœtidos reddiderunt se*, 1. *Paral.* 19, 6.

בְּאֹשׁ m. Fœtor, *Hamos.* 4, 10.

בְּאֻשׁ m. Idem. Aff. בָּאְשׁוֹ *Fœtor ejus, Joël.* 2, v. 20. בָּאְשָׁם *Fœtor eorum, Jesa* 34, 3.

בָּאְשָׁה fœm. Vitium, *herba vitiosa aut fœtida frugum, Job.* 31, 40.

בְּאֻשִׁים m. p. Labruscæ, *Uvæ fœtentes, Jesa.* 5, 2.

באש בִּישׁ Chald. *Malum esse vel videri, Displicere*: Præter. שַׂגִּיא בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי Valdè malum fuit super eum, id est, vehementer displicuit ei, Dan. 6, v. 14. quod Ab. Esra explicat, רַע בְּעֵינָיו Malum erat in ocu-

in oculis ejus, & R. Saadia, מְאֹד הֵרַע לוֹ Valdè malè habuit ipſum.

בְּאוּשְׁתָּא f. Chald. Maligna, Peſſima, Eſr. 4, 12.

בָּבָה f. Pupilla: Conſtr. בְּבָבַת עֵינוֹ *In pupillam oculi ipſius, Zach.*2, 8. Contractè, כְּאִישׁוֹן בַּת־עָיִן *Ut nigrum pupillæ oculi, Pſal.*17,8. *Sic,* בָּבָא, בָּבְתָא *Pupilla, Chaldæis & Thalmudicis uſitatiſſimum. Ergo* בַּת *in hoc uſu non eſt Filia, ut multi putant.*

בַּג m. Cibus, *& conjungitur ſemper cum voce* פַּת Portio, Buccella, *ac ſi unam cum ea conſtituat dictionem: Kimchi tamen ſcribit ut duas:* Conſtr. בְּפַתְבַּג הַמֶּלֶךְ *In portione cibi Regis, Dan.*1,8.13. Aff. פַּתְבָּגָם *Portionem cibi eorum, v.*16. פַּתְבָּגוֹ *Portionem cibi ejus, Dan.*11,26.

לְבַג *Vide in* בָּזַז.

בָּגַד Prævaricatus fuit, Perfidè egit *Conſtruitur abſolutè, ſæpiùs cum Præpoſit.* ב *&* מִן, *quaſi Perfidè agere in vel contra aliquem, aut Perfidiâ deſciſcere ab aliquo.* Præter. בָּגַדְתָּ בָּהּ *Perfidè agis in eam, Malach.* 2. *v.*14. Particip. בֹּגֵד Perfidè agens, Perfidioſus : *fœmininum,* בֹּגְדָה Perfida.

בֶּגֶד *m.* Perfidia, *Jeſ.*24,15. *Jer.*12,1. *Item* Veſtimentum, *fortè quòd ſit prima hominis contra Deum Perfidiæ tegumentum & teſtimonium, cùm antea homo nudus fuerit, & tum eſt generis communis.* Maſculinum, *Levit.* 13, 47. Fœmin. *Levit.*7,27. Aff. בִּגְדוֹ *Veſtimentum ſuum, 2. Reg.* 9,13. Plur. maſcul. בְּגָדִים *Levit.*6,11. Conſtr. בִּגְדֵי *Gen.* 27,15. Aff. בְּגָדֶיךָ *Veſtimenta tua, 2. Reg.*5,8. Fœm. cum Affix. כָּל־בִּגְדֹתֶיךָ *Omnia veſtimenta tua, Pſal.*45,9.

בָּגוֹדָה f. Perfida, *Jerem.* 3. *v.* 7. *cum Kametz ab initio, loco Scheva.*

בֹּגְדוֹת f. Perfidiæ: אַנְשֵׁי בֹּגְדוֹת *Viri perfidiarum, id eſt, perfidi, Soph.* 3, 4.

בַּד Linum, Lineum, *Exod.* 28, 42. Plur. בַּדִּים *Linea*, *Ezech.* 9, 2. *Item* Vectes, *Exod.* 27, 6. Rami, *Ezech.* 17, *v.* 6, & 19. 14. Membra, *Job.* 41, 3. Constr. בַּדֵּי *Vectes*, *Exod.* 27, 6. Aff. בַּדָּיו *Vectes ejus, id est, Artus, vel ossa ejus, quæ ceu Vectes corpori inhærent*, *Job.* 18, 13. *Alias significationes vide in duabus seqq. Radicibus.*

בָּדָא Effinxit, Mentitus, Commentus fuit, 1. *Reg.* 12, 38. Partic. cum Affix. בֹּדָאם *Effingis ea*, *Nehem*, 6, 8. *pro* בֹּדְאָם.

בַּדִּים *m. p.* Mendacia, Mendaces, *Jesa.* 44, 25. *per quos illic intelliguntur* הוֹזֵי בְּכוֹכָבִים *Inspicientes astra*, Astrologi, *juxta R. Sal. & sic intelligas Jer.* 50, 36. *R. David ibi*: וּקְרָאָם בַּדִּים לְפִי שֶׁהֵם כּוֹזְבִים בְּמִשְׁפַּט הַמַּזָּלוֹת לִפְעָמִים׃ Aff. בַּדֶּיךָ *Mendacia tua*, *Job.* 11, 3. בַּדָּיו *Mendacia ejus*, *Jesa.* 16, 6. & *sic Jer.* 48, 30. א *eliso.*

בָּדַד Solitarius fuit, Solitarium egit: Particip. בּוֹדֵד *Solitarius existens*, *Jesa.* 14, 31. בּוֹדֵד לוֹ *Solitarius sibi*, *Hos.* 8, 9.

בָּדָד *m.* Solus, *sed sumitur semper adverbialiter*, Seorsum, Solitariè, *unde masculinis & fœmininis jungitur, tam per se quàm cum* ל *ab initio*: *ut*, יֵשֵׁב בָּדָד *Desidet solitariè, id est, Solitarius*, *Thren.* 3, 28. Et fœm. יָשְׁבָה בָדָד *Desidet solitariè, hoc est, solitaria*, *Thr.* 1, 1. Et numero plur. בָּדָד יִשְׁכֹּנוּ *Solitariè habitabunt*, *Jerem.* 49, *v.* 31. Et cum prosthesi, ל. לְבָדָד *Solitariè*, *Mich.* 7, 14.

בַּד Solus; בַּד בְּבַד יִהְיֶה *Solum cum solo esto*, *Exod.* 30, 34. *id est, Unumquodque solum vel seorsum esto, ut Aben Esra explicat. Cum prosthesi* ל *adverbiascit.*

לְבַד Seorsim, *Zachar.* 12, 12. *Sequente Propositione* מִן, *est* Præter; לְבַד מִן הַשַּׂהֲרֹנִים *Præter lunulas*, *Judic.* 8, 26. לְבַד מִשָּׂרֵי *Præter principes*, 1. *Reg.* 5, 16. *Vel ei præfixâ: ut* מִלְּבַד נְשֵׁי *Præter uxores*, *Gen.* 46, 26. Cum Aff. *est.* Solus

לְבַדְּכֶם *Solus ipse*, לְבַדּוֹ *Solus tu*, לְבַדְּךָ *Solus ego*, לְבַדִּי *Soli vos, &c.*

בדל Hiph. הִבְדִּיל Separavit, Disparavit, Distinxit, Distinctionem fecit, Discrevit. Præter. הִבְדִּיל *Separavit, Num.* 16,9. *&c.* Hoph. Part. præt. sive Pahul הַמִּבְדָּלוֹת *Separata, Jesa.* 16, 9. *pro* מֻבְדָּלוֹת *juxta R. Salomon. Et Kimchi in Comm. inquit, Chirek esse loco Schurek, quod scil. cum Kametzchatuph in ea conjugatione permutatur.* Niph. נִבְדַּל Separari, Separare se: Præt. נִבְדְּלוּ *Separaverunt se, Esr.* 9, 1. Partic. הַנִּבְדָּל *Separatus, Esr.* 6, 21.

בְּדַל *masc.* Segmentum, Particula separata: בְּדַל הָאֹזֶן *Particulam auris, Amos* 3, 12.

בְּדִיל *m.* Stannum, *Ezech.* 27, 12. Plur. cum Aff. בְּדִילָיִךְ *Stanna tua, Jesa.* 1, 25.

בְּדֹלַח *m.* Bdellion, *Gen.* 2, 12. *Num.* 11, 7. *Juxta quosdam Ligni vel arboris nomen, de qua Plinius lib.* 12. *cap.* 9. *& Dioscorides lib.* 1. Bdolchon, *& corruptè* Bolchon *appellat. Hebræi communiter* Crystallum *explicant, ut R. Salomon in lib. Num. & Kimchi, Jesa.* 3, 19.

בָּדַק Inquisivit, Rimatus, Scrutatus est: Infinit. לִבְדּוֹק וּלְחַזֵּק הַבָּיִת *Ad scrutandum & restaurandum domum,* 2. *Par.* 34, 10.

בֶּדֶק Rima, Fissura, Ruptura, 2. *Reg.* 12, 6. Aff. מַחֲזִיקֵי בִדְקֵךְ *Restaurantes rupturam tuam, Ezech.* 27, 9.

בַּדַּר Chald. in Pahel, *Sparsit, Dispersit:* Imperat; וּבַדַּרוּ Et spargite, Dan. 4, 11. *Ex Hebræo* בָּזַר *commutato* ז *in* ד.

בהו בֹּהוּ *m.* Inanitas, res inanis, *Genes.* 1. *v.* 2. אַבְנֵי בֹהוּ *Perpendicula inanitatis sive inania, Jesa.* 34, 11.

בַּהַט *m.* Porphyrites, *Marmoris species rubens, Esth.* 1. *v.* 4. *Variant interpretes.*

בהל Niph. נִבְהַל Turbari, Conturbari, Perturbari, Terreri: Præter. כִּי נִבְהַל *Quòd perturbatus esset*, 1. *Sam.* 28, 21. Pih. בִּהֵל Terruit, Turbavit, Conturbavit, Perturbavit; Acceleravit, Festinavit, *quòd Celeritas plerumque Turbulenta est*: Particip. מְבַהֲלִים *Turbabant*, *Esra* 4, 4. *quòd scribitur* מְבַלְהִים *transpositis literis, ut Nomen simile*, *Jesa*. 17, 14. Infin. לְבַהֲלֵנִי *Accelerare me, Ut accelerarem*, 2. *Par*. 35, 21. Chald. Futur. יְבַהֲלֻנַּנִי Conturbabant me, Daniel. 4, 2. יְבַהֲלֻנֵּהּ Conturbassent eum, v. 16. יְבַהֲלָךְ Perturbet te, ibid. Pyh. Partic. מְבֹהֶלֶת *Accelerata*, *Proverb*. 20, 21. Hiph. Præt. הִבְהִילָנִי *Perturbat me*, *Job*, 23, 16. Futur. וַיַּבְהִלוּ *Et accelerarunt*, *Esth*. 6, 14. וַיַּבְהִילוּהוּ מִשָּׁם *Et festinare fecerunt eum inde*, *id est*, *deturbaverunt*, 2. *Paralip*. 26, *v*. 20. Hitph. Chald. מִתְבָּהַל Conturbatus, Dan. 5, 9.

בֶּהָלָה *f*. Conturbatio, Terror, *Lev*. 26, 16. Plur. בֶּהָלוֹת *Terrores*, *Jer*. 15, 8. Hinc per metathesin בַּלָּהָה *Jes*. 17. 14. Plural. בלהות, *&* Constr. בַּלְהוֹת *Job*. 24, 7.

בְּהִילוּ fœm. Chald. *Celeritas*, per Apocopam literæ Thau, unde בִּבְהִילוּ Cum celeritate, id est, Celeriter, Esr. 4, 23.

הִתְבְּהָלָה Chald. *Idem*: Dan. 2, 25. & cum א in fine, בְּהִתְבְּהָלָא Dan. 6, 20.

בהם בְּהֵמָה, בֶּהֱמַת *e*. Bestia, Pecus, Jumentum: *Collectivum est, utriusque sexus, Genes*. 7, 2. *ubi utroque genere usurpatur*: Constr. בֶּהֱמַת הָאָרֶץ *Bestia terra*, *Jes*. 18, 6. Aff. בְּהֶמְתּוֹ *Pecus suum*, *Gen*. 36, 6. *Observatum est, cum Affixis denotare pecus, quod est in hominis potestate*. Plural. בְּהֵמוֹת *Bestia*, *Deuter*. 32, 42. Constr. בַּהֲמוֹת *Psalm*. 8, *v*. 8. *Porrò* בְּהֵמוֹת *etiam singulariter capitur pro* Elephante, *propter ingentem magnitudinem, quâ instar plurium est*, *Job*. 40, 1. 10, *R*. *Levi tamen dicit*, esse

esse Bestiam specialem, sic appellatam, de qua Rabbini multa nugantur.

בהן בֹּהֶן *m.* Pollex, *tam manuum, quàm pedum, Exod.* 29 20. Plur. ex alia forma, בְּהֹנוֹת *Pollices, Jud.* 1, 6 *quod est ut* לְשֹׁנוֹת *à* לָשׁוֹן. *Sic* בָּהוֹן.

בהק בֹּהַק *m.* Pustula lucida, aut Vitiligo, *Lev.* 13. *v.* 39. Chald. בְּהַקָא *à* בְּהַק *Lucidum, Clarum esse*; *unde* מַבְהֲקִין *Pellucent*, 2. *Sam.* 22, 13. בָּהִיק *Lucens, Illustris, splendidus, Cant.* 7, 3. בְּהִיקִן *Splendentes, Cant.* I, 11.

בהר בָּהִיר *masc.* Nitidus, Splendidus, Candidus, *Job.* 37, 21.

בַּהֶרֶת *f.* Papula alba, *Levit.* 13, 2. Plur. בֶּהָרוֹת *v.* 38. *quod est à Singul.* בֶּהָרָה *formæ* בַּקָּשָׁה, *Dagesch per Sægol, ut aliàs, compensato.*

בוא Venit, advenit, Pervenit: Ingressus, Congressus est; *quod verecundè de Congressu maritali dicitur:* Ivit, Abivit, *nempe aliquò:* Occubuit, *de Sole, quòd terram & oceanum Subire videatur, Genes.* 28, 11. *quomodo &* Exire, *vel* Prodire *dicitur, cùm oritur, Gen.* 19 23. Præterit. בָּנוּ *Venimus,* 1. *Sam.* 25, 8. *pro* בָּאנוּ, *ubi Masorethæ notant, novies in hoc Verbo Aleph deficere, & loca enumerant, Jerem.* 39, 16. Futur. *cum* ה *paragogico præter morem,* וְתָבוֹאָה *Et adveniat, Jesa.* 5, 19. *& inde* תָּבוֹאתָה *Veniat, Deuter.* 33, 16. *Vide Thesaur. nostrum Grammaticum cap.* 30. *ad Futurum.* Hiph. הֵבִיא Venire fecit, Adduxit, Introduxit, Intulit, Attulit, Obtulit: Præter. וְהֵבֵאתִי הַשֶּׁמֶשׁ Et occumbere faciam, *efficiam ut occidat Sol, Amos.* 8, 9. Partic. absque Aleph, מֵבִי *Adduco,* 1. *Reg.* 21, 21. Hoph. הוּבָא Allatus, Illatus, Adductus fuit: Præter, הוּבָאתָה *Adductus fuisti, Ezech.* 40, 4. *cum* ה *paragogico.*

בּוֹא Ingressus, Introitus, מִבּוֹא *Ab ingressu,* 2. *Reg.* 23, 11.

Et

Et cum Aff. וּבוֹאֶךָ *Et introitum tuum, Psalm.*121,8. *Est Infinitivus.*

בִּיאָה *f.* Idem: בְּבִאָה In *introitu, Ezech.* 8, 5.

מָבוֹא *m.* Aditus, Ingressus, Introitus: Occasus, *de Sole*: Constr. מְבוֹא *Occasus, Zach.* 1.*vers.*7. Aff. עַד־מְבאוֹ *Usque ad occasum ejus, Ps.*50,1. Plur. Const. כִּמְבוֹאֵי עִיר *Sicut per ingressus civitatis, Ezech.*26,10. Plural. Fœm. מְבוֹאֹת *Aditus, Ezech.* 27, 3.

מוֹבָא *m.* Idem: Cum Aff. מְבָואֶךָ *Ingressum tuum, 2.Samuel.* 3, 25. *quod legendum* מוֹבָאֲךָ: ו *&* ב *transpositis, juxta Masorethas*: Plur. cum Aff. וּמוֹבָאָיו *Et aditus ejus, Ezech.* 43, 11.

תְּבוּאָה *f.* Proventus, Reditus, *propriè Venturus*: *nam Præteriti anni dicitur* עָבוּר *ut est in* עָבַר Constr. אֶת־תְּבוּאַת *Proventum, Levit.* 23. *v.* 39. Aff. תְּבוּאָתוֹ *Proventum suum, Levit.* 19. *v.* 25. Plural. תְּבוּאֹת *Lev.* 25, 16. Aff. מִתְּבוּאֹתֵיכֶם *Ex proventibus vestris, Jer.* 12, 13.

בוב Partic. Niph. נָבוּב Vacuus, Evacuatus, *Job.* 11. *v.*12. *& Schureck est loco Cholem, scribit Kimchi in libro Radicum*: Constr. נְבוּב לֻחוֹת *Vacuum, Cavum tabularum, Exod.*27.*v.*8. *id est, Concavum ex tabulis.* בִּיב *Locus excavatus, Fossa, apud Rab.*

בוז Sprevit, Contempsit: Præterit. בַּז *Spreverit, Zach.* 4,10. *cum Pathach loco Kametz*: בָּזוּ *Spernunt, Proverb.*1,7. Particip. Præter. לַפִּיד בּוּז *Fax contempta, Job.* 12, 5.

בּוּז *m.* Contemptus, Despectio, *Psal.*31, 19. Fœm. בּוּזָה *Despectio, Neh.*4, 4.

בוך Niph. נָבוֹךְ Perplexum, Implexum esse: Præt. נָבוֹכוּ *Perplexa sunt, Joël.* 1,18. Fœm. נָבוֹכָה *Perplexa erat, Esth.*3.*v.*15. Part. Plural. נְבֻכִים *Perplexi, Exod.* 14, 3. *cum Schurek sive Kybbutz loco Cholem.*

מְבוּכָה *f.* Perplexitas, *Jesa.* 22, 5. Aff. מְבוּכָתָם *Perplexitas istorum*, *Mich.* 7, 7.

בּוּל *m.* Bul, *nomen mensis octavi*, *id est*, Octobris, 1. *Reg.* 6. *v.* 38. *Scaliger Sidoniorum & Tyriorum vocabulum esse existimat. Hebræi diversas etymologias afferunt: Videantur Kimchi & R. Salomon in Comm. Chaldæus respexit ad* יְבַל *Adducere; unde vertit*, In mense collectionis fructuum.

בּוּן Intellexit: Præter. בַּנְתָּה *Intelligis*, *Psal.* 139, 2. Partic. מִבָּנִים *Ab intelligentibus vel prudentibus*, *Jer.* 49, 7. Niph. Præter. נְבוּנוֹתִי *Prudentia instructus sum*, *Jes.* 10, 13. Partic. נָבוֹן *Intelligens, Prudens*, *Gen.* 41, *v.* 33. Constr. וּנְבוֹן דָּבָר *Et intelligens rerum*, 1. *Sam.* 16, *v.* 18. Plur. נְבוֹנִים *Prudentes*, *Jes.* 5, 21. Aff. נְבוֹנָיו *Prudentum ejus*, *Jes.* 29, 14. Pih. Futur. יְבוֹנְנֵהוּ *Prudentem reddidit eum*, *Erudivit eum*, *Deuter.* 32, 10. Hiph. הֵבִין Intelligere fecit, Intelligentem, Prudentem effecit vel reddidit, Erudivit: *Item intransitivè*, Intellexit, Percepit, sensit, Consideravit, Animadvertit, Advertit: Præterit. בִּינֹתִי בַּסְּפָרִים *Considerabam vel studebam in libris*, *Dan.* 9. *vers.* 2. *per defectum* ה *characteristici.* Sic in imperativo, וּבִין *Et considera*, *Dan.* 9. *vers.* 23. Et cum ה paragogico: בִּינָה *Considera*, *Psal.* 5, 2. Plural. בִּינוּ *Animadvertite*, *Psal.* 94, 8. Hithp. הִתְבּוֹנֵן *Intellexit*, *&c. intransitivè, ut modò*: Futur. תִּתְבּוֹנְנוּ בָהּ בִּינָה *Animadvertetis eam intelligentiâ*, *id est*, *certissimè intelligetis*, *Jer.* 23, 20

בֵּין *Vide infrà suo loco.*

בִּינָה *fœm.* Intelligentia, Prudentia, Animadversio: Constr. בִּינַת אָדָם *Intelligentia hominis*, *Proverb.* 30, 2. Affix. הֲמִבִּינָתְךָ *Num ex intelligentia tua*, *Job.* 39. *v.* 29. Plural. עַם בִּינוֹת *Populus intelligentiarum*, *id est*, *intelligen-*

telligentissimus, Jesa.27, 11.Chald. בִּינָה *Intelligentia,* Dan. 2, 21.

תְּבוּנָה *f.* Idem. Aff. לִתְבוּנָתוֹ *Intelligentiæ ejus, Ps.* 147. *v.* 3. בִּתְבוּנָם *Pro intellectu suo, Hos.*13,2. *quod contractum est, pro* בִּתְבוּנָתָם *vide simile in* גָּלַל *inter Nomina;* Plural. תְּבוּנוֹת *Prudentiæ, Intelligentiæ, Jes.*40, 14. Aff. עַד־תְּבוּנוֹתֵיכֶם *Usque ad intelligentias vestras, sive sensa vestra, Job.*32,11.

בּוּס Calcavit, Conculcavit, Proculcavit: Futur. וָאָבוּס *Et calcavi, Jes.*36. *v.*6. Pih. Præter. בֹּסְסוּ *Conculcant, Jes.*63,18.*Jer.*12,10. Hoph. Particip. מוּבָס *Proculcatum, Jes.*14,19. Hithp. Partic. fœm. מִתְבּוֹסֶסֶת *Conculcandam præbens te, Ezech.* 16, 6.

בּוֹס *masc.* Conculcans, *Nomen participiale transitivum, ut Kimchi notat in libro Rad. Unde* Plural. בּוֹסִים *Conculcantes, Zach.* 10, 5.

מְבוּסָה *f.* Conculcatio, *Jes.* 22. 5.

תְּבוּסָה *f.* Idem: Constr. תְּבוּסַת אֲחַזְיָהוּ *Proculcatio Achasiæ,* 2.*Par.*22,7.

בּוּץ *m.* Byssus, Byssinum, 1. *Par.* 15, 27. בצץ *Vide in* בץ.

בּוּק מְבוּקָה. בּוּקָה *f.* Vacuitas, Evacuatio, *Nah.*2,10. *Reliqua quæ hinc esse possint, vide in* בָּקַק.

בּוֹר *m.* Fovea, *Exod.*21,33. Cisterna *aquarum collectarum,* 2.*Reg.*18. *v.*31. Carcer, *propriè subterraneus, Jes.*38,8. Sepulchrum, *Psal.*28,1. *Hebræi notant, propriè esse Cisternam rotundam, & inde latiùs extenditur.* Interdum scribitur cum א in medio, מִבְּאֵר *De cisterna,* 2.*Sam.*23,15.20. Plural. בֹּרוֹת *Cisternæ, Deuter.*6, 11. *&* בֹּארֹת *Jerem.* 2, 13.

בּוֹשׁ Erubescere, Pudefieri, Pudore suffundi, Pudere: *In* Futur. אֵבוֹשׁ *& cum* ה *parago-*

gico, אבושה *Erubeſcam, Pſal.*25, 2. *formâ hinc & à* יֵבֹשׁ Pih. בשש *vide in* בָּשַׁשׁ Hiph. הֵבִישׁ *vel* הוֹבִישׁ *formâ rurſus à* יָבֵשׁ *mutuata,* Pudefecit, Pudenda commiſit, *ut Hoſ.*2,5. *Jer.*48,20. הֲבִישׁוֹתָ *Pudefeciſti, Pſal.* 44, 8. *&* הוֹבַשְׁתָּ 2.*Sam.*19,5. Hithp. Fut. יִתְבֹּשָׁשׁוּ *Erubeſcent, Geneſ.* 2, 25.

בש *Vide infrà in* בָּשַׁשׁ.

בּוּשָׁה *f.* Pudor, *Mich.* 7, 10.

בָּשְׁנָה *f.* Idem, *Hoſ.*10,6. *cum* נ *epenthetico, ſpeciali & inuſitata forma.*

בֹּשֶׁת *f.* Idem, *Pſalm.*35.26. *Item,* Pudendum idolum, *Jer.* 3, 19. *&* 11, 13. *& Hoſ.* 9.*v.* 10. Aff. וּבָשְׁתִּי *Et pudorem meum, Pſal.* 69, 20. בָּשְׁתְּכֶם *Pudor veſter, Jeſ.* 61, 7.

מְבוּשׁ *m.* Pudendum: Plural. cum Aff. מְבֻשָׁיו *Pudenda ejus, Deut.* 25, 11.

* בָּזָא *Inde Præter.* בָּזְאוּ *quod vide in* בָּזַז.

בָּזָה Sprevit, Contempſit, Deſpexit: Præter. בָּזִיתָ *Spreviſti,* 2.*Sam.*12,9. Infin. לִבְזֹה נֶפֶשׁ *Ad contemnere anima, Jeſa.* 49, 7. *per enallagen, pro* לִבְזֹת *Ad* eum quem *contemnit anima cujusque, id eſt, quiſque: Sic mox ſequitur,* לִמְתָעֵב גּוֹי *Ad* eum quem *abominatur gens: Alii ad populum Iſraëliticum, alii ad Chriſtum Meſſiam referunt.* Niph. Part. נִבְזֶה *Deſpectus, Contemptus, Jeſ.* 53, 3. Plural. נִבְזִים *Contempti, Mal.*2,9. Hiph. Infin. לְהַבְזוֹת *Ut ſpretos reddant, Eſth.* 1, 17.

בִּזָּיוֹן *m.* Contemptus, *Eſth.* 1, 18.

נִמְבְזָה *m.* Contemptibilis, 1.*Sam.*15,9. *pro* נִבְזֶה *per epentheſin literæ* מ: *vel eſt compoſitum ex* מִבְזֶה *&* נִבְזֶה.

נְבִזְבָּה *f.* Chald. Honorarium, Præmium, Largitio, *profuſior propriè, Dan.*2,6. Plur. cum Aff. וּנְבִזְבְּיָתָךְ *Et honoraria tua, Dan.*5,17. Sic in Targum, מַתְּנָן וּנְבִזְבְּזָן *Dona & honoraria, Jerem.*40, 5. *Videtur hinc eſſe ut præcedens:*

cedens: nam largitiones profusiores sunt quidam Despectus bonorum. Inde Rabbinis בִּזְבֵּז Profundere, Prodigere facultates suas. Et apud Rabb. חוּלְקִין וּנְבִזְבְּזָן וּמַתְּנָן פְּלִיג לְהוֹן *Distribuit illis portiones, largitiones & munera.*

בָּזַז Prædatus, Deprædatus est, Diripuit, *Ezech.* 29, *vers.* 19. Præteritum irregulare, בָּזְזוּ *Diripiunt, Jesa.* 12, 2. *pro* בָּזְזוּ Niph. Præterit. וְנָבֹזּוּ *Et diripientur, Amos* 3, 11. Infin. cum Futur. הִבּוֹז תִּבּוֹז *Diripiendo diripietur, Jes.* 24, 3. Pyh. Præter. וּבֻזָּזוּ *Ut diripiantur, Jerem.* 50, 37.

בַּז *m.* Præda, *Jesa.* 10, 6. *Hinc* לָבַג *In prædam, Ezech.* 27, *vers.* 7. *quod Masorethæ notant legendum* לָבַז *per commutationem Gimel & Sajin. Sic alibi,* גֶּרֶה *pro* זֶרֶה. *Rabbini id referunt ad commutationem literarum cabalisticam* אטב״ח *de qua vide Abbreviaturas nostras.* Aff. בִּזָּהּ *Prædam ejus. Ezech.* 29, 9.

בִּזָּה Præda, Direptio, *Neh.* 4, 4. *Esth.* 9, 10.

בָּזָק *m.* Fulgur, *Ezech.* 1, *vers.* 14. *idem quod* בָּרָק *quod præcedit, commutatis* ז *&* ר, *ut Latinis in* Honos & Honor. *Est autem* בָּזַק Dispergere, *apud Rabbinos, unde quidam reddunt,* Fulgur dispergens, *hoc est, vehementissimum.*

בָּזַר Sparsit, Dispersit, Dissipavit: Futur. יִבְזוֹר *Disperget, Dan.* 11, *v.* 24. Pih. Præterit. בִּזַּר *Dissipavit, Psal.* 68, 31. *Convenit cum* פִּזַּר.

בָּחַל Fastidivit, Aspernatus, Aversatus est: Præter. fœmin. בָּחֲלָה *Zach.* 11, *v.* 8. *Apud Rabbinos est Maturescere, Excrescere vel Coqui ad maturitatem:* בּוֹחַל *Fructus maturus.*

בָּחַן Probavit, Exploravit: Præterit. בְּחָנַנִי *Probavit me, Job.* 23, 10. Niph. Futur. יִבָּחֵן *Probetur, Job* 34, 36.

בֹּחַן *m.* Probatio; Munitio, *Ezech.* 21. 13. *Jes.* 28,16.
בַּחַן Idem, *Jesa.* 32, 14.
בָּחוֹן *m.* Specula exploratoria, *vel juxta quosdam*, Turris munita, *Jer.* 6, 27. Plural. cum Schurek & Aff. בְּחוּנָיו *Speculas ejus*, *Jesa.* 23, 14. *à sing.* בַּחוּן *formæ* תַּנּוּר.

בָּחַר Elegit, Selegit: *ferè cum Præpositione* ב *construitur* Præter. בְּךָ בָּחַר *Te selegit*, *Deuter.* 7, 6. Niph. Præt. וְנִבְחַר *Et eligetur, electa erit*, *Jer.* 8, 3. Part. נִבְחָר *Selectum, Lectissimum*, *Prov.* 8, *v*, 10. Pyh. Fut. יְבֻחַר *Eligetur*, *Eccles.* 6, 4. *ubi juxta Masorethas legendum* יְחֻבַּר Associabitur.

בָּחוּר *m.* Lectus, Electus: *Item* Juvenis, *quasi ad omnes operas Selectus*, *Ezech.* 9, 6. Plur. Constr. בַּחוּרֵי יִשְׂרָאֵל *Juvenum Israëlis*, 1. *Sam.* 26, 2. Et plurale alterius formæ, בַּחוּרִים *Psal.* 148, 12. *à sing.* בַּחוּר *formæ* תַּנּוּר *ex Dagessatis: Sic quoque juxta quosdam*, *Jesa.* 42, 22. Constr. בַּחוּרֵי *Juvenes*, *Ezech.* 23, *v*, 6. Aff. בַּחוּרֵיהֶם *Juvenes eorum*, 2. *Paral.* 36, 17.

בְּחוּרִים *m. p.* Juventus, *quasi ætas Selecta*: Aff. מִבְּחֻרָיו *A Juventute sua*, *Num.* 11, 28.

בְּחֻרוֹת *f. p.* Idem: Aff. בִּימֵי בְּחוּרוֹתֶיךָ *In diebus Juventutis tuæ*, *Eccles.* 12, 1.

בָּחִיר *m.* Electus: Constract. בְּחִיר 2. *Sam.* 21, 6. Aff. בְּחִירִי *Electus meus*, *Jesa.* 42, *v*. 1. Plural. cum Aff. בְּחִירָיו *Electi ejus*, *Psal.* 105, 6.

מִבְחוֹר *masc.* Delectus, Selectum, Lectissimum, 2. *Regum* 3, 19.

מִבְחָר *m.* Idem: Constract. מִבְחַר בַּחוּרָיו *Selectissimum Juvenum ejus*, *Jerem.* 48, 15. Plur. cum Aff. מִבְחָרָיו *Delectuum ejus*, *Dan.* 11, 15.

בָּטָא Pronunciavit, Effutivit: Particip. בּוֹטֶה *Effutiens*, *Prov.* 13, 18. *ex formâ Quiescentium tertiâ*

tertiâ ה: Pih. Infin. לְבַטֵּא *Effutiendo*; Futur. יְבַטֵּא *Effutit, Levit.* 5, 4.

מִבְטָא *m.* Pronunciatum, Prolatio, *Num.* 30, 7.

בָּטַח Fiſus eſt, Confiſus eſt, Fiduciam poſuit. *Conſtruitur cum præpoſitione* ב אֶל & עַל: *ſæpè etiam abſolutè ponitur.* Particip. Præter. בָּטוּחַ *Confiſus, Fretus, Jeſa.* 26, 3. *Pſal.* 112, 7. Hiph. Præter. הִבְטַחְתָּ *Fecit ut fiduciam poneret, Jer.* 28, 15. Particip. מַבְטִיחִי *Confidere faciens me, Pſalm.* 22, 10. Futur. יַבְטַח *Confidere faciat,* 2. *Reg.* 18, 30.

בֶּטַח *maſc.* Fiducia, Securitas, Confidentia: Securè, Confidenter, *Levit.* 25, 18.

בִּטָּחוֹן *m.* Fiducia, *Eccleſ.* 9, 4.

בִּטְחָה *f.* Idem: וּבְבִטְחָה *Et in fiducia, Jeſ.* 30, 15.

בַּטֻּחָה *f.* Idem: Plur. וּבַטֻּחוֹת *Et ſecuritates, Job.* 12, 6. *Vide etiam* טוּחַ.

מִבְטָח מִבְטַח *m.* Idem: מִבְטַח כָּל־קַצְוֵי אֶרֶץ *Fiducia omnibus extremitatibus terræ, Pſal.* 65, 6. Aff. מִבְטַחוֹ *Fiducia ejus, Jer.* 17, 7. *cum Pathach, ex forma* מִבְטַח *cujus formæ plura ſunt, ut* מִשְׁגַּב · מִשְׁעַן · *& ſimilia.* מִבְטֶחָה *Fiducia ejus, Proverb.* 21, 22. *ubi deeſt Mappik in He:* מִבְטֶחָם *Fiducia eorum, Jerem.* 48, *v.* 13. *quæ duo habent Sagol loco Kametz, euphoniæ cauſâ, ſequente alio Kametz:* Plural. מִבְטַחִים *Securitates, Jeſa.* 32, *v.* 18. Aff. בְּמִבְטַחַיִךְ *Fiducias tuas, Jerem.* 2, 37.

אֲבַטִּחִים *m. p.* Pepones, *Numer.* 11, 5. *Ab Eſra ſcribit, ex lingua Arabica eſſe notum vocabulum. Majmon. in libro Talmudico* Trumoth, *cap.* 8. *ſcribit:* אבטיחין בערבי בטיך ובלעזמלוני: *id eſt, Abhatichin, Arabicè* Bettich, *vulgò* Melone. *Ergo* א *erit ſervile.*

בָּטַל Ceſſavit, Intermiſit, Intermiſſum, Impeditum fuit: Præter. וּבָטְלוּ *Et intermittunt, Ec-*

clef. 12, 3. Chald. Præterit. fœmin. בְּטֵלַת Impeditum fuit, Esr. 4, 24. Partic præsens fœm. בָּטְלָא Impeditum mansit, ibid. Pah. Præt. בַּטִּלוּ Cessare fecerunt, Impediverunt, Esr. 4, 23. Infinit. לְבַטָּלָא Ad impediendum, v. 21.

בטן בֶּטֶן *f.* Venter, Uterus: *Num.* 5, 22. *Metaphoricè* Prominentia, Projectura, 1. *Regum* 7, 20. Aff. בִּטְנִי *Ventris mei, Job.* 19. 17.

בָּטְנִים *m. p.* Nuces terebinthinæ, *Gen.* 43. 11. *Quidam Nuces* Avellanas *explicant.*

בי ô, Ah, Quæsò, Obsecrò; *Particula obsecrandi, juxta Hebræos, Gen.* 43, 20. *Exod.* 4, 10.

בין Inter: *Interdum habet naturam Nominis, quasi* Medium *vel* Medietatem *dicas:* בְּבֵין *In inter, In medio, Jesa.* 44, 4. *ubi Veneta magna habent* בבן *absque* י: Aff. בֵּינוֹ *Inter eum:* בֵּינִי וּבֵינֶיךָ *Inter me & inter te, Genes.* 16, *v.* 15. בֵּינִי וּבֵינְךָ 1. *Sam.* 20. *v.* 23. בֵּינֵינוּ *Inter nos.* בֵּינֵיכֶם *Inter vos; quorum quædam habent formam pluralem masculinam.* Sic fœminina terminatione: אֶל־בֵּינוֹת לַגַּלְגַּל *Ad intermedietates orbium, id est, In medium vel intervallum, Ezech.* 10, 2. מִבֵּינוֹת לַכְּרֻבִים *E medietatibus, è medio, ex intervallo Cherubinorum, ibid.* בֵּינוֹתָם *Inter eos, Genes.* 42, 23. בֵּינוֹתֵינוּ *Inter nos, Genes.* 26, 28. Et formâ duali absque י in medio: אִישׁ הַבֵּנַיִם *Vir medietatum,* 1. *Sam.* 17, 4. *i.e. Intermedius, interponens se inter duo castra, duello pugnam transacturus.* Huc quidam referunt. לַבֵּן Ad medianum, *scil. cantum musicum, nempe Tenorem, ut vulgò vocant, Psal.* 9, 1. *de quo vide etiam in* עָלַם Chald. בֵּין Inter Dan. 7, 5. בֵּינֵיהֶן Inter ea, v. 8.

ביץ בֵּיצָה *f.* Ovum, *apud Rabbinos:* Plural. בֵּיצִים *Ova, Deuter.* 22, 6. Construct. בֵּיצֵי *Jesa.* 59, *v.* 5. Aff. מִבֵּיצֵיהֶם *Ex ovis eorum, ibid.*

ביר בִּיר *m.* Puteus, *Jer.* 6,7. *ubi ſcribitur* בְּוֹר *quaſi ſit* בּוֹר*, ſed Maſorethæ notarunt legendum* בַּיִר.

בִּירָה *f.* Regia, Palatium, Caſtrum, 1.*Par.*29,1. Chald. בְּבִירְתָא *In Regia, Eſr.* 6, 2.

בִּירָנִיּוֹת *f. pl.* Palatia, Arces, Baſilicæ, 2. *Par.*17, 12.

בַּיִת *m.* Domus, Familia: *& generaliter* Sedes, Locus, *quo aliquid capitur vel continetur, ut Exod.* 25, 27. 2. *Sam.* 15, 17. 1. *Reg.* 18, *v.* 32. בַּיְתָה בֵּיתָה *Ad domum, In domum, verſus domum,* Intus: *Geneſ.* 43, *v.* 24. *Ezech.* 44, 17. מִבַּיִת Intrinſecus, *Exod.* 25, 11. *Et intercedente articulo,* מֵהַבַּיִת *Idem, Ezech.* 40, *v.* 9. Conſtr. בֵּית *Geneſ.* 24, 7. בֵּית־לָהּ *Intra eam, Ezech.* 1, 27. *ſic* מִבֵּית *Exod.* 26, *v.* 33. Aff. בֵּיתוֹ *Domus ejus,* בֵּיתְךָ *Domus tua,* בֵּיתִי *Domus mea,&c.*Plur. בָּתִּים Domus, Sedes, Familiæ, *Exod.* 1, *v.* 21. Ædiculæ, Sacella textilia, 1. *Reg.* 23, 7, לְבָתִּים *Pro domibus, In loca vel ſedes, Exod.* 25, *v.* 27. Conſtr. בָּתֵּי Aff. בָּתֶּיךָ *Domus tua, Exod.* 10, 6. *Kametz ante Dageſch fortè irregulare eſt. Fortè eſt propter defectum literæ Jod: vel ad differentiam* בַּתִּים Bathi, *ſcribit Aben Eſra, Exod.* 12,*v.*8 Chald. בַּיְתָא דְנָה Domum hanc, Eſr. 5, 9. Conſtr. עֲבִידַת בֵּית אֱלָהָא Opus domus Dei, Eſr. 4, 24. Aff. וּבַיְתֵהּ Et domus ejus, Eſr. 3, 29. Plural. וּבָתֵּיכוֹן Et domus veſtræ, Dan. 2, 5.

בִּיתָן *m.* Palatium: אֶל גִּנַּת הַבִּיתָן *Ad hortum palatii, Eſth.* 7, 7. Conſtr. בִּיתַן הַמֶּלֶךְ *Palatii regis, Eſth.*1,*v.*5. *Quidam* Hortum interiorem *vertunt.*

בִּית Chald. *Pernoctavit,* Dan. 6, 18. pro Hebræo לוּן ſæpiſſimè in Targum ponitur.

בָּכָא *m.* Morus: *Pſal.*84, 7. Plural. מִמּוּל בְּכָאִים *Ex adverſo mororum,* 2. *Sam.* 5, 23.

בָּכָה Flevit, Deflevit: *Regit Accuſativum, & frequenter eſt cum Præpoſitionibus* אֶל עַל *&* לְ:

Præter. וַיִּבְכּוּ־אֵלַיִךְ *Et fleverunt ad vel propter te, Defleverunt te, Ezech.* 27. 31. Infin. בָּכוֹ *Flendo, Jer.* 22, *v.* 10. *cum* ו *loco* ה: Futur. וַיֵּבְךְּ *Et flevit, Genes.* 27, *v.* 38. *cum Apocopa tertiæ radicalis.* Niph. Partic. נִבְכִּים *unde* Conftr. עַד־נִבְכֵי־יָם *Usque ad fluenta, fluctus vel profunda maris, Job.* 38, 16. *per metaphoram.* Pih. Particip. Fœmin. מְבַכָּה *Deflet, Jerem.* 31, 15. Plural. מְבַכּוֹת *Deflentes, Ezech.* 8. 14.

בֶּכֶה *m.* Fletus, *Esr.* 10, 1.

בְּכִי *m.* Idem, *Jer.* 9, 10. Aff. בִּכְיִי *Fletus mei, Psal.* 6, 9.

בָּכוּת *f.* Idem, *Genes.* 35, 8.

בְּכִית *f.* Idem, Aff. בְּכִיתוֹ *Fletus ejus, Gen.* 50, 4.

בכר בְּכוֹר *masc.* Primogenitus, Primogenitum, *Genes.* 25, 13. *Deut.* 21, 17. Aff. בְּכוֹרוֹ *Primogenitus ejus, Exod.* 11, 5. Plural. Conftruct. בְּכוֹרֵי *Psalm.* 135, 8. Aff. בִּבְכוֹרֵיהֶם *In primogenitis illorum, Psalm.* 136, 10. Et formâ fœmin. וְאֶת־בְּכוֹרֹת *Et primogenita, Neh.* 10, *verf.* 36.

בְּכוֹרָה *fœm.* Primogenitura, Jus Primogenitorum, *Genes.* 25, 32. Aff. אֶת־בְּכֹרָתְךָ *Jus tuum primogenitorum, verf.* 31.

בְּכִירָה *f.* Primogenita, *Genes.* 19, 31.

בִּכֵּר Pih. Primogenitum proferre, efficere vel inftituere, Jus primogeniturae dare: Infin. לְבַכֵּר *Deut.* 21, 16. Fut. יְבַכֵּר *Primogenita profert, Ezech.* 47, 12. Pyh. Fut. יְבֻכַּר *Primum gignetur, Lev.* 27, 26. Hiph. Part. Fœm. כְּמַבְכִּירָה *Tanquam primipara, Jer.* 4, 31.

בִּכּוּרִים *m. p.* Primitiæ, Primitivi fructus, *Levit.* 23, 17. Conftr. בִּכּוּרֵי מַעֲשֶׂיךָ *Primitiæ operum tuorum, Exod.* 23, 16. Aff. בִּכּוּרֶיךָ *Primitiarum tuarum, Lev.* 2, 14.

בִּכּוּרָה *f.* Præcox, Primus fructus, *Mich.* 7, 1. *At illud* כְּבִכּוּרָהּ *habet Mappik redundans, Jes.* 28, 4. Plur. בַּכֻּורוֹת *Præcocia, Jes.* 24, 2. *cum Pathach, ex forma* חֲבוּרָה.

בִּכְרָה *f.* Dromas, *Jerem.* 2, 23. Plural. Conftr. בִּכְרֵי *Jefa.* 60, 6.

בַּל Chald. *Cor*, *Animus*, quafi per tranfpofitionem literarum ab Hebræo לֵב deductum, juxta Hebræos plerofque, Dan. 6, 14. Addit Aben Efra, etiam Arabicè *Cor* dici בל. Kimchi in lib. Radic. fcribit, juxta quofdam interpretes idem effe quod מַחֲשָׁבָה *Cogitatio*, & inde Arabicè אגעל בלך. id eft, שִׂים מַחֲשַׁבְתְּךָ *Adhibe cogitationem tuam.*

בַּל Non, Nequaquam: בַּל חָלִיתִי *Non ægrotavi*, *Proverb.* 23, 35. בַּל יֹאמְרוּ *Ne dicant*, *Hof.* 7, 2.

בְּלִי Non: Sine, Præter, Absque: עַד־בְּלִי *Donec non*, *Pfal.* 27, 7. עַל־בְּלִי *Eò quòd non*, *Gen.* 31, 20. בִּבְלִי *In vel per non*, *Abfque*, *Deut.* 4, 42. לִבְלִי־חוֹק *Ad non modum*, *Immodicè*, *Jefa.* 5, 14. לִבְלִי־אֹכֶל *Propter non cibum id eft*, *penuriâ cibi*, *Job.* 39, 3. מִבְּלִי *Eò quòd non*, *quòd nulli*, *Thren.* 1, 4. מִבְּלִי לְבוּשׁ *Abfque vefte*, *Job.* 24, 7. אֵין הֲמִבְּלִי *An propterea quòd non ulla*, *id eft*, *nulla prorfus*, *Exod.* 14, 11. *Pleonafmus*, *cui fimilis in* בִּלְעֲדֵי.

בִּלְעֲדֵי *Vide infrà in* בלע.

בִּלְתִּי Idem: *habetque epenthefin literæ* ת: *ut*, עַד בִּלְתִּי *Ufque dum non*, *Job.* 14, 12. בִּלְתִּי אִם Nifi, Præter. *Genef.* 47, 18. לְבִלְתִּי *Ad non*, *quomodo frequenter cum Infinitivo conftruitur*: מִבִּלְתִּי *Propterea quòd non.* Cum Aff. בִּלְתִּי *Abfque me*, *Jefa.* 10, 4. בִּלְתֶּךָ *Abfque vel Præter te*, 1. *Sam.* 2, 2. *nec cum pluribus reperitur.*

בְּלִימָה Nihilum, *Job.* 26, *v.* 7. *compofitum ex* בְּלִי Non, & מָה Quid, *five* Aliquid.

בְּלִיַּעַל Nequam, Nullius frugis, *Vide &* יעל.

בְּלָא Chald. *Confumi*, *Atteri vetuftate*: Pah. בַּלֵּא Attrivit: Futur. יְבַלֵּא Deteret: Dan. 7, verf. 25.

בְּלוֹ *m.* Tributum provinciale, *Vetus & solitum*, *Esr.* 4, *v.* 13. *Talmudici exponunt* כְּסֶף גּוּלְגַּלְתָּא *Tributum capitationis, in singula capita.*

בלג Hiph. הִבְלִיג Recreare, Confortare se. Particip. הַמַּבְלִיג *Qui recreat se, Amos* 5, 9. Fœmin. cum י paragogico מַבְלִיגִיתִי *Recreans, vel recreatura se, scil. anima, Jer.* 8, 18. *Juxta quosdam est Nomen*, Recreatio mea. Futur. וְאַבְלִיגָה *Et recreabo me, Job.* 7, 27. & 10. *v.* 20. *Psal.* 39, 14.

בלה Veterascere, Vetustate teri, Atteri, Deteri: Præt. וְלֹא־בָלוּ *Non inveterarunt, Deuter.* 29, *v.* 5. Infin. אַחֲרֵי בְלֹתִי *Post veterascere me, Genes.* 18, 12. Pih. בִּלָּה Consumpsit, Trivit, Detrivit: Præterit. בִּלָּה בְשָׂרִי *Terit carnem meam, Thren.* 3, 4. Particip. מבלהים *vide in* בהל Infinit. לְבַלּוֹת *Consumendo, Psalm.* 49, *v.* 15. Futur. יְבַלּוּ *Deterent, Jes.* 65, 22.

בָּלֶה *m.* Vetus, Tritum: Plural. שַׂקִּים בָּלִים *Saccos tritos, Jos.* 9, 4. Fœm. לַבָּלָה *Effœta, Ezech.* 23, 43. Plur. נְעָלוֹת בָּלוֹת *Calcei triti, Jos.* 9, 5.

בְּלוֹיִם *m.p.* Veteramenta: Constr. בְּלוֹיֵי *Jerem.* 38, 12. & בְּלוֹאֵי *v.* 12.

בְּלִי *m.* Consumptio, *Jesa.* 38, 17.

בַּלָּהָה *f. Vide supra in* בהל.

תַּבְלִית Consumptio, *Jesa.* 10, 52.

בלל Confudit, Perfudit, Miscuit, *Genes.* 11, 9. בַּלֹּתִי *Perfudi, Psal.* 92, *v.* 11. *vel intransitive*, Perfusus sum. *R. Sal. Infinitivum facit cum Affixo, pro* לְבַלּוֹתִי *Perfundendo me, hoc est, juxta Chaldæum,* רַבֵּיתָא יָתִי *Inungis me oleo recenti, i. e. constanti dominatu, viribus & potentiâ me instruis, ut non peream sicut improbi, quorum instabilitatem versu præcedenti proposuit. Similem formam Infinitivi vide in* חָנַן. *Quidam faciunt Infinitum Pihel à* בלה

בָּלָה *pro* בַּבְּלוֹתִי In veterascendo me, *Senescente me, in senectute meá, scil. Perfundis me quod tunc subaudiendum.* Particip. Præter. בָּלוּל *Mistum, Exod.* 29, 40. בְּלוּלָה *f. Lev.* 7, 10. Plural. בְּלוּלֹת *Mixta, Lev.* 2, 4. Futur. וְנָבְלָה *Et confundamus, Gen.* 11, 7. *pro* נָבְלָה *Vide simile in* בָּקַק. Et aliâ significatione, וַיָּבָל Et pabulum dedit, *q. d. Pabulavit, pabulum miscuit, Jud.* 19, 21. *à Nomine quod mox sequitur.* Hithp. Futur. יִתְבּוֹלָל *Confundit, Commiscet se, Hos.* 7, 8.

בְּלִיל *m.* Farrago, Pabulum, à Miscendo, *Jesa.* 30, 24. Aff. עַל־בְּלִילוֹ *Juxta farraginem suam, Job.* 6, 5.

תֶּבֶל *m.* Confusio, *Levit.* 18, 23. & 20, 12.

תְּבַלֻּל *m.* Suffusio, *Vitium oculi, quo visus confunditur, Levit.* 21, 20.

בָּלַם Constrinxit: Infin. לִבְלוֹם *Ad constringendum, Psal.* 32, 9.

בְּלִימָה *Vide suprà in* בל.

בָּלַס Perquisivit: Partic. וּבוֹלֵס *Et perquirens, Amos,* 7, 14. *Ex Chaldæo* בְּלַשׁ.

בָּלַע Absorpsit, Exsorbuit, Deglutivit, Devoravit, Perdidit: *Item* Texit, Operuit, *juxta quosdam, Num.* 4. *v.* 12. *Jesa.* 9. *v.* 16. Præter. בְּלָעַנִי *Deglutit me, Jer.* 51, 34. Infin. עַד־בִּלְעִי *Ad deglutire me, Dum deglutiam, Job.* 7, 19. Niph. Præter. וְנִבְלַע *Et absorbebitur, Hos.* 8, 8. נִבְלְעוּ *Absorbentur, Jes.* 28, 7. Pih. Præter. בִּלַּע *Absorbuit, Jesa.* 25, 8. בִּלֵּעוּ *Perdunt, Jesa.* 3, 12. Infin. כְּבַלַּע *Quum absorbent, Num.* 4, 20. Pyh. Part. מְבֻלָּעִים *Perditi, Jesa.* 9, 16. Fut. יְבֻלַּע *Absorberetur, Job.* 37, 20. Hithp. Futur. תִּתְבַּלַּע *Absorbeatur, Psal.* 107, 27.

בֶּלַע *m.* Absorptio, Perditio, Pernicies, *Psal.* 52, 6. Aff. אֶת־בִּלְעוֹ *Absorptum ejus, Jer.* 51, 44.

בִּלְעֲדֵי Præter, Præterquam, Exceptò: בִּלְעֲדֵי אֶחָזֵה *Præter-*

Præterquam quòd video, Job.34,32. Vox ex duabus compoſita, ſcribit Aben Eſra, Gen.51,16. nempe ex בַל *&* עַד *vel* עֲדֵי *unde &* ב *interdum cum Patach notatur.* Sæpiùs cum מ ab initio מִבַּלְעֲדֵי *Præter, Num.5,20.* הֲמִבַּלְעֲדֵי *An præter, Jer.44,18. Sic 2.Reg.18,25. & Jeſ.36,10. Tria juxta Maſoram.* בִּלְעֲדֵי רַק *Præter duntaxat, Geneſ.14,24. cum Pathach, quod Kimchi eſſe exiſtimat, quale in* חַלּוֹנֵי *& ſimilibus. Eſt autem Pleonaſmus, ut & in* בַל *&* אַךְ: Aff. בִּלְעָדַי *Excepto me, Geneſ.41,16.* מִבַּלְעָדַי *Præter me, Jeſa. 43,11. & 44,6. cum Patach ſub* ב.

בָּלַק Exinanivit: Particip. וּבוֹלְקָהּ *Et exinaniturus eam, Jeſa.24,1.* Pyh.Particip. fœmin. מְבֻלָּקָה *Exinanita, Nah.2,10.*

* בִּלְתִּי *Vide ſuprà in* בל.

בָּמָה *fœm.* Excelſum, Sacellum, Ara idolorum; הַבָּמָתָה *In excelſum illud, 1.Sam.9,13.* Plural. בָּמוֹת *Excelſa, Numer.21.v.28.* Aff. בָּמוֹתֶיךָ *Excelſa tua, 2.Sam.1,25.* בָּמֹתָיו *Excelſa ejus, 2.Reg.18,22. At de* בְּמוֹתָיו *Jeſ.5,3. Interpretes variant.* Et aliâ formâ, בָּמֳתֵי אָרֶץ *Excelſa terræ, Deuter.32,13. cum Vau redundante, juxta Maſorethas. Sequitur punctationem nominis* קָמָה; *unde radix potiùs formanda eſſet* בום.

בָּנָה Ædificavit, Exſtruxit: Futurum per Apocopam, וַתִּבֶן *Et ædificavit, Zach.9,3. Hinc* Ædificare domum, *metaphoricè dicitur & de Liberorum procreatione: ut* אֲשֶׁר לֹא יִבְנֶה אֶת בֵּית אָחִיו *Qui non ædificaverit domum fratris ſui, Deut.25,9.* אֲשֶׁר בָּנוּ *Quæ exſtruxerunt domum Iſraëlis, Ruth.4,11. Sic in Niphal. Inde,* בֵּן Filius, *quaſi Ædificium familiæ paternæ, quæ in eo habitat & conſervatur.* Chald. Præter. בְּנַיְתַהּ Ædificavi eam, Dan.4,27. וּבְנוֹ Et ædificarunt, Eſr.6,14. Partic. præſens maſc. Plural. בָּנַיִן Ædificantes, Eſr.4.v.12.

Partic.

Partic.Præterit. בְּנֵה Ædificata fuerat, Efr. 5, 11. Inf. לְמִבְנֵא Ædificare, Efr. 5, 2. vel מ ejecto per Dagesch compensato, לִבְנֵא v. 3. Cum ה paragogico, לְמִבְנְיָה Ædificandi, v. 9. Futur. יִבְּנוֹן Ædificando, Efr. 6. v. 7. Niph. Præt. נִבְנָה *Ædificata fuerat*, 1. *Reg.* 3, 2. Part. הַנִּבְנֶה *Quæ ædificata fuerit*, 1. *Par.* 22, 19. Infin. לְהִבָּנוֹת *Ut ædificaretur*, *Hag.* 1, 2. Fut. אִבָּנֶה *Ædificabor*, *Liberos consequar*, *Genes.* 16, 2 & 30, 3. Chald. ex Hithp. Part. מִתְבְּנֵא Ædificatur, Efr. 5, 8. Futur. יִתְבְּנֵא Ædificabitur, v. 6. תִּתְבְּנֵא Ædificabitur, Efr. 4, 13.

בִּנְיָה *f.* Ædificium, *Ezech.* 41, 13.

בִּנְיָן *m.* Idem, *v.* 12. Chald. בִּנְיָנָא *Efr.* 5, 4.

מִבְנֶה *m.* Structura: Constr. בְּמִבְנֵה־עִיר *Quasi structura civitatis*, *Ezech.* 40, 2.

תַּבְנִית *f.* Structura: Similitudo, Exemplar, Forma: Aff. תַּבְנִיתוֹ *Similitudinem illius*, 2. *Reg.* 16, 10.

בֵּן *m.* Filius, *latè*: Gener. 1. *Sam.* 24, 17. Pullus, *Lev.* 12. *v.* 6. Ramus, *Genes.* 49, 22. *Psal.* 80, 16. Construct. בֶּן & *quandoque* בִּן *ut Deuter.* 25, 2. Cum ו paragogico, בְּנוֹ בְעֹר *Filius Behoris*, *Num.* 24. *v.* 3. *cui simile vide in Nomine* חַיָּה: Aff. בְּנוֹ *Filius ejus*, בְּנִי *Filius meus*, בִּנְךָ *Filius tuus*, בְּנֵנוּ *Filius noster*, &c. Plural. בָּנִים Filii, Nepotes, Posteri: Pulli, *Job.* 39, 19. Discipuli, *doctrinâ & institutione filii. Vide R. Salomon. Deuteron.* 6. *v.* 7. Constr. בְּנֵי *Genes.* 6. *v.* 21. Aff. וּבְנֵיהֶם *Et pulli earum*, *Gen.* 32, 15. בָּנָיו *Filii ejus*, *Genes.* 46, 7. Chald. בְּנֵי Filii, Dan. 2, 25. וּבְנֵי תוֹרִין Et filii bovum, id est, Juvenci, Efr. 6, 9. בְּנֵיהוֹן Filii eorum, Dan. 6, 24. וּבְנוֹהִי Et filiorum ejus, Efr. 6, 10.

בַּת *f.* Filia, *quasi ex* בֶּנֶת *ut Dagesch ostendit in forma Affixorum, tum etiam ejus Plurale. Sic est* אַף *Ira, ex* אֶנֶף *Metaphoricè quoq; hoc nomine appellantur* Oppida, Pagi,

Pagi, Villæ, *quæ sunt quasi Filiæ majorum civitatum*: Aff. בִּתּוֹ *Filia ejus, Genes.* 29, 6. Plural. בָּנוֹת *Filiæ, quasi à sing.*

בָּנָה: Constr. בְּנוֹת *Genes.*6, 2. Aff. וּבִבְנוֹתֶיהָ *Et in villis ejus, Jud.*11, 26. בְּנוֹתֶיךָ *Filias tuas, Gen.* 31, 31. *Vide etiam infrà* בַּת *suo loco &* בבה.

בנס *Chald.* Irasci, Indignari: Præt. בְּנַס וּקְצַף שַׂגִּיא *Indignatus fuit & efferbuit plurimùm, Dan.*2, 12. וּנְסִים וּבְנַס מָרְדְּכַי *Et conturbatus ac indignatus fuit Mardocheus, Esth.*4, 17. *Quidam volunt* ב *esse servile, &* נַס Ira. *à* נְסַס. *His obstant sequentia,* וּבְנַס פַּרְעֹה *Et indignatus fuit Pharao, Hebr.* וַיִּקְצֹף *Gen.*40. *vers.*2. *in Jonathane:* בְּנַסוּ וּקְצַפוּ *Indignati sunt & efferbuerunt, Esth.*2, 21. *in Venetis primæ editionis, pro quo in altera* בְּנַסוּ *mendosè per* כ: וְהָא אִנּוּן בְּנִיסִין *Et ecce illi erant indignabundi, Genes.*40, 6. *in Targum Jonathanis*: אַפֵּי בְּנִיסָתָא *Facies indignabundæ, Prov.* 25, 23. *ubi in Venetis pravè est* כ *initio*: *Nomen,* עֲלַי בִּנְסָא מִתְמַלְאִין *Contra me indignatione replentur, Job.*15. *v.*10. *Addit Elias, à* נְסַס *nullum defectivum* נַס *reperiri, integrum,* וּבִנְסִים סַגִּי *Et in indignatione multâ, Eccles.* 5, 16.

בסר *m.* Omphax, Uva immatura: *Jer.*31, 29. Aff. בִּסְרוֹ *Omphacem ejus, Job.*15. *v.*33. *cujus absolutum possit esse* בֶּסֶר.

בעה Bullavit, Bullas excitavit: *Et ex usu Chaldaico,* Petivit, Quæsivit, Rogavit: Imp. cum Futur. אִם תִּבְעָיוּן בְּעָיוּ *Si quæsituri estis, quærite, Jesa.*21, 12. מַיִם תִּבְעֶה אֵשׁ *Aquas bullat vel ebullire facit ignis, Jes.* 64, 2. Chald. præt. בְּעָה vel בְּעָא Petiit, Dan. 2, 16. 49. דִּי בְעֵינָא Quod quærebamus, Daniel, 2, 23. וּבְעוֹ Et quærebant, vers. 13. Particip. בָּעֵה Orans. Dan. 6, 11. Plur. בָּעַיִן Quærebant vers. 4. Infin. לְמִבְעֵא Petendum, Dan, 2, 18. Futur. אֶבְעֵא Quæsivi, Dan. 7, 16.

נבעא

יִבְעָא Petierit. 6. v. 8. Ex Pahel Futurum, יִבְעָיוּן Requisiverunt, 4. v. 33. Niph. Præter. נִבְעוּ *Requisita sunt*, *Obad. v.* 6. Partic. נִבְעָה *Tumens*, *Inflata est ut bulla, ut Aben Esra explicat*, *Jesa.* 30, 13.

בְּעִי *m.* Postulatio, Petitio, *Job.* 30, 24. *ut R. Levi Gerson explicat, de quo vide ampliùs in* עִי.

בָּעוּ *f.* Chald. *Petitio*: Cum Aff. בָּעוּתֵהּ Petitionem suam, Dan. 6, 14. Et per Apocopam, בָּעוּ v. 8.

אֲבַעְבֻּעֹת *f. p.* Bullæ, Pustulæ, *Exod.* 9, 9.

בָּעַט Recalcitravit: Futur. וַיִּבְעַט *Et recalcitravit*, *Deut.* 32, 15. תִּבְעֲטוּ *Recalcitrabitis*, 1. *Sam.* 2, 29.

בָּעַל Dominatus est, Dominium habuit, Imperavit: *Et ad Virginem vel Mulierem relatum, est*, Dominum, Maritum ejus esse vel fieri, Ducere eam in uxorem: Præter. וּבָעַל בַּת *Et duxerit filiam*, *Mal.* 2, 11. וּבְעָלָהּ *Et maritus ejus fuerit*, *Deut.* 24, 1. וּבְעַלְתָּהּ *Duces eam*, *Maritus ejus eris*, *Deuter.* 21. 13. Dominandi *significatione* construitur ferè cum ב & ל; *ut Jer.* 3. 14. 1. *Par.* 4, 22. vel assumit Affixa; *ut* בְּעָלוּנוּ *Imperabunt nobis*, *Jesa.* 26, 13. Part. Præter. Fæm. בְּעוּלָה *Maritata*, *Conjugata*, *Jes.* 62, 4. Constr. בְּעֻלַת בָּעַל *Maritata marito, id est, juncta marito*, *Gen.* 20, 3. Niph. Futur. תִּבָּעֵל *Maritabitur*, *Prov.* 30, 23.

בּוֹעֵל *m.* Conjux, Maritus. Plural. בֹּעֲלַיִךְ *Conjuges tui*, *Jesa.* 54, 5.

בַּעַל *m.* Dominus, Maritus, Conjux. *Latissimè usurpatur; vide Genes.* 37, 19. & 14, 13. & 49, 23. *Exod.* 24. 14. *Prov.* 1. 17. & 29. 22. &c. Est & proprium nomen loci, & idoli, atque ita variè cum multis vocibus jungitur: Aff. בַּעֲלִי *Maritus meus*, *Hos* 2, 16. בַּעְלָהּ *Mariti sui*, *Prov.* 2, v. 4, Plural. בְּעָלִים *Babalimi*, *Tutelares dii*, *Jud.* 2, 11.

*Hof.*11.*v.*2.Conftr.בַּעֲלֵי *Domini,Jud.*9,2.3.Aff.בְּעָלֶיהָ *Dominos fuos Eccles.*7,13.Cum Affixis etiam fenfu fingulari ufurpatur, *Exod.*21,29.*&* 22,11.*& fæpiùs eo capite, Jefa.*1,3. *& alibi,* Chald. בְּעֵל Dominus,Præfes: בְּעֵל טְעֵם Præfes confilii, Efr.4, 8.

בַּעֲלָה *f.* Domina: Et Nomen Urbis, Bahala, *Jof.* 15. *v.* 9. בַּעֲלָתָה *Bahalam verfùs,* 1. *Paral.* 13, 6. Conftr. בַּעֲלַת־אוֹב *Domina Pythonis,Pythoniſſa,vel prædita Pythone,* 1.*Sam.*28.*v.*7. בַּעֲלַת־הַבַּיִת *Domina domus, Hera domeftica,* 1.*Reg.*17.*v.*17.

בָּעַר Arfit, Exarfit, Succenfus, Combuftus fuit: *& interdum tranfitivè,* Accendit, Exuffit, *ut Pfal.*83,15. *Item,*Obbrutefcere, *ex fignificatione Nominis derivati: unde* Futur. יִבְעֲרוּ *Obbrutefcent, Jerem.* 10, 8. *& fic* Partic. בֹּעֲרִים *Obbrutefcentes, Brutiſſimi, Pfal.* 49. *verf.* 8. *At* אֲנָשִׁים בֹּעֲרִים *Homines ardentes, odio fcilicet, id eft, infeftiſſimi, juxta Maforetharum notam, Ezech.* 21, 36. Niph. Præt. נִבְעַר *Obbrutefcit, Jer.* 10, 14. נִבְעֲרוּ *Obbrutuerunt, verf.* 21. *& fic Jefa.* 19, 11. Pih. בִּעֵר Ardere fecit, Accendit, Incendit, Succendit, Combuffit, Exuffit: *& inde latiùs,* Suftulit, Removit, *ut ftipulæ ex agris exuftione removentur: & ficut herbæ ab animantibus depafcuntur; unde eft* Pavit, Depavit, *ut Exod.* 22, 5. *Jef.* 3, 14. *Eadem fignificat & in* Hiph. Pyh. Partic. מְבֹעֶרֶת *Succenfa, Jerem.* 36. *v.* 22. Hiph. Præter. וְהִבְעַרְתִּי *Et comburam, Nah.* 2, 13. Partic. מַבְעִיר *Sublaturus vel Remoturus fum,* 1. *Reg.* 16, 3. Futur. יַבְעֶר *Depaverit, Exod.* 22, 5.

בְּעִיר *m.* Brutum, Jumentum, Pecus: Aff. בְּעִירֹה *Pecus fuum, Exod.* 22. 5. בְּעִירָם *Bruta eorum, Pfalm.* 78. 48.

בַּעַר *m.* Brutus,Baro,Bardus, *id eft, Stupidus, Pf.*73, 22. *&* 29. *v.* 7.

בְּעֵרָה *f.* Incendium, *Exod.* 22, 6.

תַּבְעֵרָה *f.* Exarſio, Combuſtio; *ſed eſt ut nomen proprium loci, Num.* 11, 3.

בעת Pih. Perterruit, Perturbavit: Præter. בִּעֲתַתְהוּ *Perturbant eum, Job.* 18, 11. Partic. fœm. מְבַעִתֶּךָ *Perturbat te,* 1. *Sam.* 16, 15. Niph. Præter. נִבְעַת *Territus fuit, Eſth.* 7, 6. נִבְעַתִּי *Conturbatus fui, Dan.* 8, 17.

בְּעָתָה *f.* Terror, *Jerem.* 18, 15.

בִּעוּתִים *m. p.* Terrores, Conturbationes: Conſtr. בִּעוּתֵי *Job.* 6, 4. Aff. בִּעוּתֶיךָ *Conturbationes tuæ, Pſal.* 88, 17.

בָּצָל *m.* Cepa: Plur. וְהַבְּצָלִים *Et ceparum, ſcil. recordamur, Num.* 11, 5.

בָּצַע Quæſtum fecit, Quæſtui vel avaritiæ deditus fuit: *Item* Diviſit, Diſcidit, Concîdit, Conciſus, Sauciatus fuit, Concîdit ſe, *& ita cum* פָּצַע *convenit,* ב *&* פ *inter ſe commutatis*: Part. בֹּצֵעַ בֶּצַע רָע *Quæſtuoſus quæſtus mali, id eſt, Quæſtui deditus, q. d. Quæſtuans quæſtum, Abac.* 2, 9. Imper. וּבְצַעַם *Et divide eos, Amos* 9, 1. *cum duplici Pathach præter normam.* Futur. יִבְצָעוּ *Concident ſe, Sauciabuntur, Joël.* 2. *v.* 8. Pih. בִּצַּע Quæſtum exercuit *vel fecit, ut Ezech.* 22, 12. *Item* Præcidit, Concidit, Reſecuit, *Jeſa.* 38, 12. Perfecit, Complevit, *Jeſa.* 10, 12. *Zach.* 4, 9.

בֶּצַע Fruſtulum, Segmentum, *Judic.* 5. *verſ.* 19. Quæſtus, Lucrum, *& in malum ferè ſemper ſumitur, Exod.* 18. *verſ.* 21.

בצץ בֹּץ *m.* Cœnum, Lutum: הָטְבְּעוּ בַבֹּץ *Demerſi ſunt in cœnum, Jer.* 38, 22.

בִּצָּה *f.* Idem, *Job.* 8, 11. Plurale cum א loco ו, בִּצְּאֹתָיו *Cœnoſa ejus, Ezech.* 47, 11.

בָּצֵק Intumuit: Præt. בָּצֵקוּ *Intumuerunt, Neh.* 9, 21. בָּצֵקָה *Intumuit, Inflatus eſt, Deut.* 8, 4.

בָּצֵק *m.* Maſſa farinacea, *ab Intumeſcendo*, *Exod.* 12,39. Aff. אֶת־בְּצֵקוֹ *Maſſam ſuam, v.* 34.

בָּצְקַת *f.* Fermentatio, *juxta quoſdam, vide in* יָצַק.

בָּצַר *f.* Præcidit, Vindemiavit: Partic. loco Nominis, כְּבוֹצֵר *Ut vindemiator*, *Jer.* 6, 9. Plural. בוֹצְרִים *Vindemiatores, Jerem.* 49, 9. Futur. יִבְצוֹר *Vindemiat, Præcidit, Pſal.*76, 13. תִּבְצוֹר *Vindemiabis, Lev.* 25,5. In Niph. נִבְצַר Præcidi, *id eſt*, Averti, Cohiberi, Prohiberi: Futur. יִבָּצֵר *Præcideretur, Geneſ.*11,6.*Job.* 42,2. *In* Pih. בִּצֵּר Munivit: Infin. לְבַצֵּר *Ad muniendum, Jeſa.* 22. *v.* 10. Futur. תְּבַצֵּר *Munierit, Jerem.* 51, 53.

בָּצִיר *m.* Vindemia, *Levit.* 26, 5. Conſtruct. מִבְּצִיר *Prævindemia, Jud.*8,2. Aff. בְּצִירֵךְ *Vindemiam tuam, Jer.*48. *verſ.* 32.

בָּצוּר *m.* Munitum, Fœmin. חוֹמָה בְצוּרָה *Murus munitus, Jeſa.*2, 15. Plural. הֶעָרִים בְּצוּרוֹת *Civitates munitæ, Num.*13,29. גְּדוֹלוֹת וּבְצֻרוֹת *Magna & munita, id eſt, abſtruſa, Jer.* 33, 3.

בֶּצֶר *m.* Aurum lectiſſimum, *quaſi ab igne Munitum, aut quòd ſit hominis Munimentum, Job.*22. *verſ.* 24. *vide* זָהָב.

בְּצַר *m.* Idem, *Job.*36, 19. Plural. בְּצָרֶיךָ *Aura tua, id eſt, auri copia, copioſiſſimum aurum tuum, Job.*22, 25. *Notat autem Kimchi in lib. Rad. in quibuſdam exemplaribus correctis reperiri abſque* י *quaſi ſingulare.*

בִּצָּרוֹן *maſc.* Munitio, *Zach.* 9, 12.

בַּצֹּרֶת *f.* Cohibitio pluviæ, Siccitas, Sterilitas: וּבִשְׁנַת בַּצֹּרֶת *Et in anno cohibitæ pluviæ. Jer.* 17,8. *id eſt, ſicco & ſterili*; Plural. עַל־דִּבְרֵי הַבַּצָּרוֹת *Super rebus cohibitionum, Jer.*14,1. *id eſt, cohibitarum pluviarum, hoc eſt, De ſiccitate, quaſi à* בַּצָּרָה.

מִבְצָר *m.* Munitio, *Levit.*32,26. Conſtr. מִבְצַר *Jeſ.*25,12

Plur.

Plural. מִבְצָרִים *Munitiones*, *Dan.* 11, 24. Conſtr. מִבְצְרֵי *Thren.* 2, 2. Aff. מִבְצָרֶיךָ *Munitiones tuas*, *Mich.* 5, 11.

מִבְצָרָה *f.* Idem: Plur, עִיר מִבְצָרוֹת *Urbem munitionum*, *Dan.* 11, 15.

בָּקַע Scidit, Diſcidit, Fidit, Diffidit, Rupit: Diſrupit, Perrupit: Præter. בָּקַעְתָּ *Fidiſti*, *Pſal.* 74. *v.* 15. Infinit. לְבָקְעָם *Diſcindere vel Perrumpere eas*, 2. *Par.* 32. 1. Niph. Præt. נִבְקַע *Fiſſa eſt*, *Job*, 25, 8. Infin. לְהִבָּקַע *Ad diſrumpendum*, *Ezech*, 30, 16. Pih. Præt. בִּקַּע Diſcidit, 2. *Reg.* 15, 16. Pyh. Partic. Fœmin מְבֻקָּעָה *Diſrupta*, *Ezech.* 26, 10. Futurum, יְבֻקָּעוּ *Diffindentur*, *Hoſ.* 14. *v.* 1 Hiph. Infinit. לְהַבְקִיעַ *Ut perrumperent*, 2. *Reg.* 3. *v.* 26. Futur. וְנַבְקִעֶנָּה *Et rumpamus eam*, *Jeſa.* 7, 6. Hoph. Præter. הָבְקְעָה *Perrupta eſt*, *Jer.* 39, 2. Hitph. Præt. הִתְבַּקְּעוּ *Rupti ſunt*, *Joſ.* 9, 13. Futur. יִתְבַּקָּעוּ *Diffindent ſe*, *Diſſilient*, *Mich.* 1, 4.

לוּן Pernoctare, Divertere. Præterit. וְהוּא לָן *Et ipſe pernoctavit*, *Geneſ*.22, *v*. 21. לָנוּ *Pernoctarunt*, *Diverterunt pernoctandi cauſâ*, *Jeſ*. 10, *v*. 29, וְלַנּוּ *Et pernoctemus*, *Jud*. 19, *verſ*. 13. *per ſyncopam*. Fœmininum in Sægol loco Kametz, וְלָנָה *Et pernoctabit*, *commorabitur*, *Zach*. 5, *v*. 4. *cui ſimile vide in* זוּר. Infinitiv. לָלוּן *Pernoctare*, *Jud*, 19, *v*. 10. Hiph. הֵלִין Idem: *Item* Murmuravit. Præter. הֲלִינֹתֶם *Murmuraſtis*, *Num*. 14, 29. Particip. מַלִּינִם *Murmuratis*, *Exod*. 16, *v*. 8, *pro* מְלִינִים Infin. לָלִין *Ad pernoctandum*, *Gen*. 24, 23. Futur. וַיָּלֶן *Et murmuravit*, *Exod*. 17, 3. תָּלַן *Pernoctabit*, *pro* תָּלִן *Job*. 17, *verſ*. 2. Et tranſitivum, וַיַּלִּינוּ *Et murmurare fecerunt*, *ad murmurandum incitarunt*, *Numer*. 14, *v*. 36. *ubi vocalis longa in brevem & Dageſch reſoluta eſt euphoniæ cauſâ*: *Simile vide in* סוּר. Niph. Futur. וַיִּלֹּנוּ *Et murmurarunt*, *Exod*. 15, *verſ*. 24. Hithp. Futur. יִתְלוֹנָן *Pernoctabit*, *Pſal*. 91, 1.

לֵן *maſc*. Pernox, Pernoctans: Plural. לֵנִים *Pernoctes eſtis*, *Nehem*. 13, 21. *& eſt ſicut* בֵּנִים *à* בּוּן.

מָלוֹן *m*. Diverſorium, Hoſpitium, *Jeſa*.10, 29. Conſtr. מְלוֹן אֹרְחִים *Diverſorium viatorum*, *Jer*. 9, 2.

מְלוּנָה *fœm*. Tegillum, Tuguriolum, *Jeſ*.1, 8. כִּמְלוּנָה *Ut tegillum*, *Jeſa*.24, 20.

תְּלוּנָה *f*. Murmuratio: Plurale cum Dageſch, תְּלֻנּוֹת *Murmurationes*, *Exod*, 16, 12. Aff. תְּלוּנֹּתָם *Murmurationes ipſorum*, *Num*.17, 10.

לוּעַ Abſorberi, Deglutiri: Præter. לָעוּ *Deglutiuntur Job*. 6, 3. וְלָעוּ *Et abſorbebunt*, *Obad*. *v*. 16. Pih. Futur. anomalum, ex geminato & tranſpoſito ע,

יַעַלְעוּ *Sorbent, Job. 39, 30. pro* יְלוֹעֲעוּ Hiph. Futurum. תָּלַן יָלַע *Quum deglutit, Proverb. 20, verſ. 25. & eſt ſicut* תָּלַן *in Futuro Hiphil præcedentis radicis, aut Pathach eſt ex craſi, pro* יָלַע.

לוֹעַ *maſc.* Gula, Fauces: בְּלוֹעֶךָ *In fauces tuas, Prov. 23, verſ. 2.*

לוץ Illudere, Deridere, Laudificare; Præterit. וְלַצְתָּ *Si deriſeris, Prov. 9, 12.* Hiph. Præterit. הֱלִיצֻנִי *Derident me, Pſal. 119, 51.* Futur. יָלִיץ *Deridet, Prov. 3, 34.* אֱוִלִים יָלִיץ אָשָׁם *Stultorum quisque deridet reatum, Prov. 14, 9. id eſt, Ornatis verbis oratorum more tegit & excuſat delictum ſuum, aptè fucat & palliat, ut vulgò dicitur, quomodo Verbum hoc propriè ſignificare vult Kimchi in libro Radicum, & inde demum* Deridendi & Ludificandi *fluere ſignificatum. Alii aliter exponunt.* Partic. מֵלִיץ *Vide inter Nomina.* Hithp. Fut. תִּתְלוֹצָצוּ *Derideatis, Ludificemini, Jeſa. 28, 22.*

לֵץ *m.* Deriſor, *Proverb. 9, 7.* Plural. בְּמוֹשַׁב לֵצִים *In ſede deriſorum, Pſal. 1, 1.* לַלֵּצִים *Deriſoribus, Prov. 19, verſ. 29.*

לוֹצֵץ *maſc.* Idem: Plurale, אֶת־לוֹצְצִים *Cum deriſoribus Hoſ. 7, 5.*

לָצוֹן *m.* Deriſio, *Prov. 1, 22, & 29, 8. Jeſa. 28, 14.*

מֵלִיץ *m.* Deriſor: *Item,* Interpres, Orator, *Geneſ. 42, 23.* Plur. Conſtr. בִּמְלִיצֵי שָׂרֵי בָבֶל *Cum oratoribus principum Babel, 2. Paral. 32, 31.* Aff. וּמְלִיצֶיךָ *Et oratores tui, Jeſa. 43, 27.* מְלִיצַי *Deriſores mei, Job. 16, 20.*

מְלִיצָה *f.* Interpretatio, *Prov. 1, 6.*

לוש Depſere: Partic. fœmin. וְהַנָּשִׁים לָשׁוֹת *Et mulieres depſunt, Jer. 7, 18.* Infinit. מִלּוּשׁ *A depſendo, Ex quo ſubacta eſt, vel ſubegit, ſcil. piſtor maſſam, Hoſ. 7, 4.* Imperat. לוּשִׁי *Depſe, Geneſ. 18, 6,* Futur. וַתָּלָשׁ *Et depſit, 1. Sam. 28, 24.*

לְוָת Chald. Ad, Apud; Aff. מִן־לְוָתָךְ De apud te, id est, A te, Esr. 4, 12.

לָז c. Ille, Illa, Iste, Ista, *sed semper cum præfixo* הַ, אֶל־הַסֶּלַע הַלָּז *In rupe ista, Jud.*6,20. Et cum ה in fine,quasi ex לָז & זֶה compositum; הַלָּזֶה *Ille, Gen.* 24, *vers.*65.*Sic fit ex* זו, הַלֵּזוּ *Hac ipsa, Ezech.*36,35.

לוּז *Unde formam habet* לְזוּת *quod vide in* לוז.

לחה לְחִי *f.* Gena, Maxilla, *Jud.*15,15. Aff. לְחֱיוֹ *Maxillam ejus, Job.* 40, 21. Duale, וְהַלְּחָיַיִם *Et ambas maxillas, Deut.*18,3. Constr. לְחָיֵי עַמִּים *In maxillis populorum, Jes.* 30, 28. Aff. לְחָיָו *Genæ ejus, Cant.*5, 13. לְחָיַיִךְ *Genæ tuæ, Cant.* 1, *v.* 10. עַל־לְחֵיהֶם *Super maxillas eorum, Hos.*11,4. *quod ab alia forma est.*

לחח לַח *masc.* Virens, Recens, *Genes.* 30, 37. Plural. יְתָרִים לַחִים *Restibus virentibus, Jud.*16, *vers.* 7. עֲנָבִים לַחִים *Uvas recentes, Num.*6, 3.

לֵחַ *m.* Viror, Viriditas, Humiditas: Aff. לֵחֹה *Viriditas ejus, Deut.*34,7.

לחך Lingere, Delingere: Infinit. כִּלְחֹךְ *Sicut delingit, Numer.* 22, 4. Pih. Præterit. לִחֵכָה *Linxit,* 1.*Reg.*18,38. Futur. יְלַחֲכוּ *Lingent, Mich.*7,17.

לחם Vesci: Pugnare, Impugnare, Oppugnare: Præt. לָחֲמוּ לֶחֶם *Vescuntur pane, Prov.*4,17. Particip. לֹחֵם *Oppugnans, oppugnator, Psal.*56,2. Plural. לֹחֲמִים *Pugnantes sunt, Pugnant, Psal.*56,3. Imp. לְחַם אֶת־לֹחֲמָי *Impugna oppugnantes me, vel, oppugnatores meos, Psal.* 35, 1. Partic. passivum, לְחֻמִים *Exesi, Deuter.*32,24. Niph. נִלְחַם Pugnavit, Oppugnavit: *Cum* ל *sive Dativo constructum, est* Pugnare cum aliquo; *Cum* ב & עם Cum aliquo, tanquam hoste: *Cum* על Contra aliquem: *Et sic cum* אֶל *Jer.*1,19. *quod pro* על *ponitur.* Part. נִלְחָם לָחֶם

Pugnat pro eis, Exod. 14, *v.* 25. Infin.in Cholem, נִלְחֹם נִלְחַם *Pugnando pugnavit, Jud.* 11, 25.

לֶחֶם *m.* Panis, Esca, Cibus : *Genes.* 3, 19. לֶחֶם פָּנִים *Panis facierum, Exod.* 25, 30. Convivium, Epulum, *Eccles.* 10, 19. Aff. לַחְמִי *Cibum meum, Num.* 28, 8.

לְחֵם Chald. Convivium, Epulum : עֲבַד לְחֶם רַב Fecit convivium magnum, Dan. 5, 1. *cum Segol, quod sic amplius non occurrit. R. Sal. Levit.* 21, 16. כל סעודת נקרא לחם *Omne prandium vocatur* לחם ; *ut*, עבד לחם רב, *Dan.* 5, *vers.* 1. *Et Levit.* 21, *vers.* 22. כל מאכל קרוי לחם *Omnis cibus vocatur* לחם.

לָחֶם *m.* Oppugnator, Debellator, *Judic.* 5, 8. *& habet præter morem Segol loco Tzere, scribit Kimchi in Comm. Regulare enim esset* לָחֵם Oppugnans.

לְחוּם *m.* Cibus, Caro : Aff. בִּלְחוּמוֹ *In cibo ejus, Job.* 20, *v.* 23, וּלְחֻמָם *Et caro, corpus vel cadaver eorum, Soph.* 1, *v.* 17. *sic dictum, quòd sit Cibus vermium. Aben Esra & R. Sal. hîc tradunt ; Carnem Arabicè vocari* אל לחם *Quidam etiam hoc modo exponunt Num.* 28, 2. *& Job.* 6, 7.

מִלְחָמָה · מִלְחֶמֶת *f.* Bellum, *Genes.* 14, 2. 1. *Sam.* 13, 22. Aff. מִלְחַמְתּוֹ *Belli ejus*, 1. *Sam.* 8, 12. Plural. מִלְחָמוֹת *Bella, Jesa.* 42, 13. Constr. מִלְחֲמוֹת *Numer.* 21, 14. Aff. מִלְחֲמֹתָיו *Bella ejus*, 2. *Par.* 27, 7.

לחן לְחֵנָה *f.* Chald. *Concubina, Pellex.* Aff. וּלְחֵנָתֵהּ Et concubinæ ejus : Dan. 5, 2. וּלְחֵנָתָךְ Et pellex tua, Concubinæ tuæ, v. 23.

לחץ Pressit, Compressit, Depressit, Oppressit : Præter. וְהוּא לָחַץ *Et ipse oppresserat, Jud.* 4, 3. Particip. הַלֹּחֲצִים *Quæ opprimunt vos*, 1. *Sam.* 10, 18. Futur. תִּלְחַץ *Opprimito, Exod.* 23, 9. Niph. Futur. וַתִּלָּחֵץ *Et compressit se, Num.* 22, 25.

לַחַץ *m* Opreſſio, 1. *Reg.* 22,27. Aff. לַחֲצֵנוּ *Oppreſſionem noſtram, Deut.* 26,7.

לחשׁ Muſſitavit : Incantavit, *quod muſſitando fieri ſolet*: Particip. Plur. לְקוֹל מְלַחֲשִׁים *Voce muſſitantium vel incantantium, Pſalm* 58, 6. Hitph. Participium: מִתְלַחֲשִׁים *Muſſitantes inter ſe, ſubmiſſè loquentes*, 2. *Samuel*. 12,19. Futurum: יִתְלַחֲשׁוּ *Muſſitant Pſalm*. 41, 8.

לַחַשׁ *m*. Muſſitatio. Submiſſa Oratio, *Jeſa*. 26, 16. *Et generaliter*, Locutio, Elocutio, Pronunciatio, *Jeſ*. 3,3. Incantatio, *Jer*. 8,17. *Eccleſ*. 10,11.

לְחָשִׁים *m. p.* Amuleta, *Jeſa*. 3,20. *Aben Eſra ſcribit, eſſe characteres auro vel argento ſcriptos, formâ vel modo incantationis: Quidam*, Inaures.

לטא לְטָאָה *f*. Stellio, *reptile immundum, Lev*. 11,30. *R. Salomon* Lacertam *interpretatur*.

לטשׁ Acuit, Polivit: *Metaphoricè*, Erudivit: Particip. לוֹטֵשׁ *Acuentem, Acutè erudientem, Geneſ* 4, *verſ*. 22. Infinit. לְלְטוֹשׁ *Ad poliendum*, 1. *Sam*. 13, 20. Futur. יִלְטוֹשׁ *Acuit, Vibrat, Job*. 16,9. יִלְטוֹשׁ *Acuet, Pſalm*. 7, 13. Pyh. Partic. כְּתַעַר מְלֻטָּשׁ *Similis novaculæ acutæ, Pſal*. 52,4.

ליל *m*. Nox: כְּלֵיל *Sicut noctem, Jeſa*. 16, 3. Conſtr. לֵיל שִׁמֻּרִים *Nox obſervationum, Exod*. 12, 42. *quod tamen etiam abſolutum eſſe videtur citra conſtructionem*. בְּלֵיל *In nocte, Noctu*, Jeſ. 15, 1. Cum ה paragogico, לַיְלָה *Nox, Gen*. 14, 15. *& manet maſculinū; ut*, בַּלַּיְלָה הוּא *Nocte ipſa; Gen*. 19, 33. Plural. לֵילוֹת *Noctes*, 1, *Sam*. 30, 12. Chald. דִּי לֵילְיָא Noctis, Dan. 2, 19. בֵּהּ בְּלֵילְיָא In eadem nocte, Dan. 5, 30.

לִילִית *fœm.* Strix, *avis noctu volans, scribit Aben Esra, Jesa.* 34, 14. Lamia, *juxta quosdam.*

לַיִשׁ *m.* Leo vetus: לָבִיא וָלַיִשׁ *Immanis leo, vetus leo, Jesa.* 30, 6. *Vide* אֲרִי·

לָכַד Cepit, Occupavit, Deprehendit: Futurum cum Aff. יִלְכְּדֻנוֹ *Capient ipsum, Prov.* 5, 22. *pro* נוּ: *Vide simile in* קָבַב· Niph. נִלְכַּד Captus, Deprehensus fuit; Particip. הַנִּלְכָּד *Qui deprehensus fuerit, Jos.* 7, 15. Futur. יִלָּכֵד *Capietur, Jesa.* 24, 18. Hithp. Futur. יִתְלַכְּדוּ *Comprehendunt se, Job.* 41, *vers.* 8. *Metaphoricè,* יִתְלַכָּדוּ Concrescunt, Congelantur, *Job.* 38, 30.

לֶכֶד *m.* Captura, *Prov.* 3, 26.

מַלְכֹּדֶת *fœm.* Decipula: Aff. וּמַלְכֻּדְתּוֹ *Et decipula ejus, Job.* 18, 10.

לָמַד Didicit: Præterit. לֹא לָמַדְתִּי חָכְמָה *Neque didici sapientiam, Prov.* 30, 3. Pih. לִמֵּד Discere fecit, Docuit, *Eccles.* 2, 9. לִמַּדְתַּנִי *Docuisti me, Psalm,* 71, *v.* 17. Pyh. Præter. לֻמָּד *Edoctus, Assuetus, Jer.* 31, 18. *in Kametz propter pausam, quamvis etiam Participium: præsens esse possit.* Particip. Præter. Constr. מְלֻמְּדֵי־שִׁיר *Docti musices,* 1. *Paralap.* 25, 7. Fœmin. מְלֻמָּדָה *Edocta, Jesa.* 29, 13.

לִמּוּד *vel* לִמֻּד *m.* Eruditus, Doctus, Assuetus, *Jer.* 2, 24. Plural. לְשׁוֹן לִמּוּדִים *Linguam eruditorum, Jes.* 50, 4. Constr. לִמּוּדֵי יְהוָה *Edocti à Domino, Jes.* 54, 13. Aff. בְּלִמֻּדָי *Inter peritos meos, id est, qui à me edocti sunt, hoc est, discipulos meos, Jesa.* 8, 16.

לָמוּד *m.* Peritus: Plural. Constr. וּלְמוּדֵי מִלְחָמָה *Periti belli,* 1. *Paral.* 5, 18.

* כִּלְמַד Kilmad, *Medorum provincia, vel Kilmadaus* populus, *Ezech.* 27, 23. *Quibusdam est appellativum constructum,*

ſtructum, Quaſi edoctus & aſſuetus, *ſcil. mercari tecum, u: Kimchi monet in Commentariis, à* לָמַד.

מַלְמָד *m.* Stimulus. *ſic dictus, quòd boves Doceat arare:* Conſtr. בְּמַלְמַד הַבָּקָר *Cum ſtimulo bovis, Jud.* 3, 31.

תַּלְמִיד *m.* Diſcipulus, *diſcens ab alio,* 1. *Par.* 25, 8.

* לְמַעַן *Vide in* עָנָה.

לעב Hiph. הִלְעִיב Subſannavit. Particip. מַלְעִבִים *Subſannantes,* 2. *Par.* 36, 16.

לעג Subſannavit, Irriſit. *Conſtruitur cum Dativo, & ב interdum.* Præterit. לָעֲגָה לָךְ *Subſannat te,* 2. *Reg.* 19, 21. Particip. לוֹעֵג לִי *Subſannat me, Jer.* 20. *v.* 7. Futur. אֶלְעַג *Subſannabo, Prov.* 1, 26. Niph. Particip. Conſtruct. נִלְעַג לָשׁוֹן *Ridiculus linguâ, Jeſa.* 33. *v.* 19 *i. e. Barbarus, qui ignotis & non intelligentibus ridiculè loquitur.* Hiph. Particip. וּמַלְעִגִים בָּם *Et ſubſannabant eos,* 2. *Par.* 30, 10. Futur. וַיַּלְעֵג עַל הַיְּהוּדִים *Et ſubſannavit Judæos, Nehem.* 4, *v.* 1. תַּלְעִיג *Subſannabis, Job.* 21, *v.* 3.

לַעַג *m.* Subſannatio, *Pſal.* 79, 4.

לָעֵג *maſcul.* Subſannator, Ridiculus, Irriſor, Sannio: Plur. Conſtr. לַעֲגֵי מָעוֹג *Sanniones facetiæ, id eſt, faceti, Pſal.* 35, 16. בְּלַעֲגֵי שָׂפָה *Cum ridiculis labio, Jeſ.* 28, 11.

לעז לוֹעֵז *m.* Barbarus, *Peregrini, vel exotici ſermonis:* מֵעַם לוֹעֵז *E populo barbaro vel peregrini ſermonis, Pſal.* 114, 1. *Sic ibi* Chald. מֵעַמֵּי בַרְבְּרָאֵי *Ex populis barbaris, nempe Ægyptiis. inter quos Jacob, de quo ibi ſermo, habitavit. Hinc Judæi Itali appellantur* לְעָזִים: *& quando Galli, Itali, vel Hiſpani Judæi aliquam vocem Hebræam in vernacula lingua exponere volunt, tum præmittunt,* בְּלַעַז *id eſt,* Vernaculè, *Sermone in hac terra uſitato. At Germaniæ Judæi ponunt abbreviatè* בל"א *i. e.* בְּלָשׁוֹן אַשְׁכְּנַז Linguâ Germanicâ, *quorum terram ab Askenas denominant, cujus mentio fit, Gen.* 10, 2.

לעט Hiph. הִלְעִיט Gustare vel Gustandum dedit: Imper. הַלְעִיטֵנִי *Gustare sine me, Gen. 25, 30.*

לען לַעֲנָה *fœm.* Absinthium, *Jerem. 9, 15.* לְלַעֲנָה *In absinthium, Amos 5, 7.*

לפד לַפִּיד *m.* Lampax, Fax, Tæda, *Jud. 15, 4.* Plur. לַפִּידִים *Tædæ Job. 41, 10.* Constr. כְּלַפִּידֵי אֵשׁ *Similes tædis ignis, Dan. 10, 6.*

לפת Inclinavit, *juxta quosdam: Vel juxta Targum,* Apprehendit, Complexus est: Futur. וַיִּלְפֹּת *Et complexus est, Jud. 16, 29.* Niph. Futur. וַיִּלָּפֵת *Inclinavit se, Huc illuc vertit se; ut Aben Esra vult, Ruth. 3, vers. 8.* יִלָּפְתוּ *Inclinant vel avertunt se, Job. 6. vers. 18.*

לקח Cepit, Accepit, Abstulit, Sustulit, Sumpsit, Assumpsit, Desumpsit: Præterit. אֶת־בְּכֹרָתִי לָקָח *Primogenituræ jus meum abstulit, Genes. 27, v. 36.* Particip. Plural. לֹקְחֵי חִטִּים *Acceptores tritici, 2. Sam. 4, v. 6. id est, Sicut emptores frumenti.* Niph. Præterit. נִלְקָח *Captus erit, Tolletur, Ezech. 33, 6. in Kametz propter pausam:* נִלְקְחָה *Capta est, 1. Sam. 4, 17.* Infinit. אֶל־הִלָּקַח *Propter capi, Eò quòd capta esset, 1. Sam. 4. v. 21. ubi* אֶל *est pro* עַל: בְּיוֹם הִלָּקְחוֹ *Quo die tolleretur ipse, 1. Sam. 21, 6.* Futur. אֶלָּקַח *Tollar, 2. Reg. 2, v. 9.* וַתִּלָּקַח *Ut assumeretur, Esth. 2. v. 8.* Pyh. Præter. לֻקָּח *Desumptus fuit, Genes. 2, 23.* לֻקֳחָה־זֹּאת *Sumpta est hæc, Genes. 2, 23. cum Kametzchatuph sub Koph præter normam, loco Scheva.* Particip. לֻקָּח מֵאִתָּךְ *Quum tollor abs te, 2. Reg. 2, 10.* Hoph. Futur. יֻקַּח־נָא מְעַט מַיִם *Sumatur nunc parum aquæ, Genes. 18, 4.* הֲיֻקַּח *An auferetur, Jes. 49, 24.* Hithp. Particip. וְאֵשׁ מִתְלַקַּחַת *Et ignis interceptus, Immixtus, Ezech. 1, 4.*

לֶקַח *mascul.* Perceptio, Disciplina, Doctrina, *quæ accipitur & percipitur:* לֶקַח טוֹב *Disciplinam bonam trado vobis*

vobis, Proverb. 4, *verſ.* 2. Aff. לִקְחִי *Doctrina mea, Deuteron.* 32, *v.* 2.

מַלְקוֹחַ *m.* Faux, Captura: *Num.* 31, 26. Plur. cum Aff. מֻדְבָּק מַלְקוֹחָי *Adhæret faucibus meis, vel, Palato meo, ut Kimchi & R. Salomon volunt, Pſal.* 22, 16.

מֶלְקָחַיִם *m. d.* Forcipes, *quaſi Acceptoria dicas,* 1. *Reg.* 7, *v.* 49. & מ cum Pathach, & Affixo, מַלְקָחֶיהָ *Et forcipes ejus, Exod.* 25, 38.

מִקַּח *m.* Acceptio, Sumptio: Conſtr. וּמִקַּח שֹׁחַד *Aut ſumptio muneris,* 2. *Par.* 19, 7. *Apud Rabbinos* Emptio, *ut ſuprà in verbo.*

מַקָּחוֹת *f. plur.* Merces, *res quæ emuntur & accipiuntur, Nehem.* 10, 31.

לקט Legit, Collegit: Præter. לָקְטוּ לֶחֶם *Collegerunt panem, Exod.* 16, *v.* 22. Infin. לִלְקוֹט *Ad colligendum, verſ.* 27. Pih. Præterit. אֵת-אֲשֶׁר-לִקֵּטָה *Quod legerat, Ruth.* 2, *v.* 18. Particip. כִּמְלַקֵּט *Ut qui legit, Jeſa.* 17, *v.* 5. Pyh. Futur. תְּלֻקְּטוּ *Colligemini, Jeſa.* 27, *v.* 12. Hithp. Futur. וַיִּתְלַקְּטוּ *Et collegerunt ſe, Jud.* 11, 3.

לֶקֶט *m.* Collectio, Spicilegium, *Lev.* 19, 9.

יַלְקוּט *m.* Pera, *ſic dicta, quòd in eam res neceſſariæ Colligantur,* 1. *Sam.* 17, 40.

לקק Lambit, Linxit: Præterit. לָקְקוּ הַכְּלָבִים *Linxerunt canes,* 1. *Reg.* 21, 19. Futur. יָלֹקּוּ *Lincturi ſunt, Ibidem*: יָלֹק *Lambet, Jud.* 7, 5. Pih. Part. הַמְלַקְקִים *Qui lamberant, Jud.* 7, 6.

יֶלֶק Bruchus, *Locuſtæ ſpecies*: *vel* Melolontha, *Scarabæi ſpecies, Joël.* 1, 4. *ſic dicta, quòd quaſi Lambendo viriditatem abſumat, ut Aben Eſra notat.*

לקש Pih. Collegit, *ſed propriè ſeros fructus, unde* & Vindemiavit: וְכֶרֶם רָשָׁע יְלַקֵּשׁוּ *Et vineam improbi vindemiabunt, Job.* 24, 6. *q. d. Serotinabunt, Serò colli-*

colligent. Vindemiæ autem Hebræis seræ dicuntur, quòd fiunt desinente anno, nempe ante Septembrem, à quo annum civilem incipiunt.

לֶקֶשׁ *m.* Fœnum cordum, *gramen serotinum post primam sectionem recrescens, Amos 7, v. 1.*

מַלְקוֹשׁ *masc.* Pluvia serotina, *nempe Mensis Maii, messem antecedens, eamq; promovens, quasi Collectionis pluvia, quòd facit ut colligatur messis:* יוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ *Pluviam tempestivam & pluviam serotinam, Deuter. 11, 14. Hinc inter plures rationes horum Nominum legitur apud Talmudicos:* יוֹרֶה est pluvia mensis Octobris, descendens lentè, non turbulenter, sensim erudiens terram ad acceptum semen producendum, sicut homo imbuit discipulum suum, doctrinam ipsi instillando: מַלְקוֹשׁ est pluvia mensis Maji, sic dicta, quòd sit מַל קַשִׁין Exscindens segetes, eas scilicet maturando ut demetantur: aut מְמַלֵּא תְבוּאוֹת בְּקַשׁוֹתֶיהָ Implens fruges existentes adhuc in stipulis sive calamis suis: *vult dicere, quòd spicas impleat ac perficiat, granaq; turgida reddat: Codic. Taanith cap. 1. fol. 6.*

לשד לָשָׁד *m.* Humor: Constr. כְּטַעַם לְשַׁד הַשָּׁמֶן *Sicut sapor humoris olei, Numer. 11, v. 8.* Aff. לְשַׁדִּי *Præstantissimus humor meus, Psal. 32, 4. humor scilicet calidus, per quem homo vivit, Aben, Esra.*

לשך לִשְׁכָּה *f.* Cubiculum, Cella, *Neh. 13, 5.* Const. לִשְׁכַּת הַשָּׂרִים *Cubiculum principum, Jer. 35, 4.* Plural. לְשָׁכוֹת *Cella, Ezech. 40, 7.* Constr. לִשְׁכוֹת שָׁרִים *Cubicula cantorum, v. 44.*

לשם לֶשֶׁם *masc.* Cyanus, *Lapis pretiosus cærulei coloris, Exod. 28. 19. Kimchi ex R. Jona* Topazium *esse scribit:* Chald. קַנְכִּירֵי *quem quidam* Lyncurium *interpretantur.*

לשן

לשן לָשׁוֹן *c. sed fœmin. sæpius*, Lingua: *Metonymicè* Sermo: *& Metaphoricè ad varia transfertur: ut*, Lingua maris, *pro Sinu, Jos.* 15, 2. Lingua auri, *pro Lingula aurea, Jos.* 7, 21. Lingua ignis, *pro Flamma extrema in speciem linguæ se protendente, Jes.* 5, 24. Constr. לְשׁוֹן יָם *Linguam, sive sinum maris, Jes.* 11, 15. דָּבַק לְשׁוֹן יוֹנֵק *Adhæret lingua lactentis, Thren.* 4, 4. *ubi masc. est.* Sic cum Aff. וּלְשׁוֹנִי אִם־יֶהְגֶּה *Et lingua mea si eloquetur, Job.* 27, 4. Plural. מֵרִיב לְשֹׁנוֹת *A contentione linguarum, Psal.* 31, 21. Aff. לִלְשֹׁנֹתָם *Secundùm linguas suas, Genes.* 10, 20. Chald. לְשָׁן *Lingua*, pro Populo cujuscunque linguæ aut sermonis, Dan. 3. v. 29. Plural. לִשָּׁנַיָּא Linguæ, v. 4.

לוֹשֵׁן Pih. Detrahere, Calumniari. Particip. מְלָושְׁנִי *Linguâ lædens, vel Detrahens, aut Calumnians, Ps.* 101. *v.* 5. *cum* י *paragogico.* Hiph. Futur. תַּלְשֵׁן *Linguâ offendas, Insimules, Calumnieris aut Deferas, Proverb.* 30, *v.* 10.

לתח מֶלְתָּחָה *f.* Vestiarium: 2. *Reg.* 10, 22. *Targum* קִמְטְרָא *Arca.*

לֶתֶךְ *m.* Semichomer *sive* Semicorus, *mensura continens quinque ephas, Hos.* 3, 2.

לתע Niph. נִלְתַּע Commoli. Præter. *cum defectu primæ radicalis*, נִתָּעוּ *Commoluntur, Job.* 4, 10.

מַלְתָּעוֹת *f. p.* Molares-dentes: Constr. מַלְתְּעוֹת *Ps.* 58. *v.* 7. *quod & literis transpositis dicitur* מְתַלְּעוֹת *Joël.* 1. *v.* 6. *unde* Aff. מְתַלְּעוֹתָיו *Molares ejus, Prov.* 30, 14.

מ

מוֹאָב Moab, *Nomen proprium filii Lot, Gen.* 19, 37. *Inde*, מוֹאָבִי *m.* Moabita. *Deut.* 23, 3. Plural.

מוֹאָבִים *Moabita, Deut.* 2, 11. Fœmin. מוֹאֲבִיָּת *Moabitis, Ruth.* 4, 5. *vel* מוֹאֲבִית 2. *Par.* 24, 26. Plur. מֹאֲבִיּוֹת *Moabitida, Ruth.* 1, 4.

מְאֹד Valdè, *Genes.* 1, 31. *Geminatum,* מְאֹד מְאֹד Vehementissimè, 2. *Reg.* 10, 4. בִּמְאֹד מְאֹד *Quàm plurimùm, Exod.* 1, 7. עַד־מְאֹד *Usque valdè, Admodum. Item Nominaliter,* Vires: וּבְכָל־מְאֹדוֹ *Et totis viribus suis,* 2. *Reg.* 23, 25. בְּכָל מְאֹדֶךָ *Totis viribus tuis, Deut.* 6, 5.

מֵאָה *c.* Centum, *Gen.* 50, 22. Constr. וּמְאַת שָׁנָה *Et centum annos, Gen.* 5, 3. Plur. מֵאוֹת *Gen.* 5. *v.* 4. Et cum י redundante, הַמֵּאיוֹת Centuriones. 2. *Reg.* 11, 4. *quasi* הַמֵּאָיוֹת *sed Masoretha absque* י *legendum docent.* Duale fœmin. מָאתַיִם Ducentæ, *Genes.* 32, 14. Chald. מְאָה Centum Dan 6, v. 2. Duale דִּכְרִין מָאתַיִן Arietes ducentos, Esr. 6, 17.

מאם מְאוּמָה Aliquid, Quicquam, *Deuter.* 13, 17. Semel per Apocopam, מְאוּם *Quicquam, Job.* 31. *v.* 7. *quod juxta Masorethas legendum* מוּם Macula.

מָאן Chald. *Vas*: Plural. מָאנֵי Vasa Daniel 5. v. 3. Et מָאנַיָּא Esr. 5, v. 14. *In Targum scribitur etiam absque* א.

מֵאֵן Pih Renuit, *Exod.* 7, 14. Infinitiv. cum Futuro, מָאֵן יְמָאֵן *Renuendo renuerit, Exod.* 22, 17.

מָאֵן *m.* Renuens; *Adjectivum loco Participii, Exod.* 9, 2. *Est autem forma* מַהֵר *Festinans,* שַׁבַּח *Laudans.* Plural. alterius formæ, הַמֵּאֲנִים *Qui renuunt, Jer.* 13, 10. *quasi à sing.* מֵאֵן *forma* חָשֵׁר · אִלֵּם·

מָאַס Sprevit, Respuit, Reprobavit, Aspernatus, Aversatus est: *Construitur cum Accusativo & Præposit.* ב: Præter. מָאַס יְהוָה בָּהֶם *Reprobat Dominus illos, Jer.* 6, 30. Niph. Partic. כֶּסֶף נִמְאָס *Argentum reprobum, Jer.* 6, 30. *& sic Psal.* 15, 4. Futur. תִּמָּאֵס

Spreta

Spreta ſis, Jeſa. 54, verſ. 6. יִמָּאֵס · יִמָּאֵסוּ *vide in* מָסַס·

מאר Hithp. Particip. סִלּוֹן מַמְאִיר Spinus dolorificus, vel Pungens, *Ezech.* 28, 24. Fœminin. צָרַעַת מַמְאֶרֶת *Lepra dolorifica vel pungens, Levit.* 13, 5. *Targum,* מְחַסְּרָא *Diminuens, erodens.*

מְאֵרָה *f.* Defectus, Diminutio, Penuria, *Deut.* 28, 20. *Malach.* 3, 9. *juxta R. Salomonem. Vide & in* ארר.

מַג *A pleriſque habetur Proprium nomen vel cognomen Viri: Quidam verò putant idem eſſe quod* Caſtrorummetatio, *Jer.* 39, 3.

מֶגֶד *m.* Pretioſum, Res pretioſa: *Generaliter notat, quidquid in re quapiam eximium & præſtans eſt, Deut.* 33, 14. *& ſeqq.* Plural. פְּרִי מְגָדִים *Fructus rerum pretioſarum, Cantic.* 4, 13. Aff. מְגָדָיו *Rerum pretioſarum ſuarum, Cant.* 4, 16.

מִגְדָּנוֹת *f. p.* Res pretioſæ; *ſed de fructibus terræ tantùm dicitur, Gen.* 24, 53. *Eſr.* 1, 6. 2. *Par.* 32, 23. *Elias vult Radicem eſſe* גדן, *ad Micblol fol.* 223.

מַגָּל *m.* Falx, Falcula, *Jer.* 50, 16. *Quidam ad* גָּלַל *reducunt, & à Rotunditate & Semicirculo ſic dictam volunt: Quidam thema fingunt* נגל.

מִגֵּן Pih. Dedidit, Tradidit, *Geneſ.* 14, 20. Futur. אֲמַגֶּנְךָ *Dederem te, Hoſ.* 11, 8. תְּמַגֶּנְךָּ *Tradet tibi, Prov.* 4, 9.

מְגִנָּה *f.* Traditio: *juxta quoſdam:* Conſtruct. מְגִנַּת-לֵב *Traditionem cordis, ut cor tradant, abjiciant & perdant Thren.* 3, 65. *Vide de eo etiam in* גנן.

מָגַר Detruſit, Dejecit: Partic. Præter. מְגוּרֵי אֶל-חֶרֶב *Detruſi in gladios, Ezech.* 21, 17. *juxta quoſdam: Alii,* Formidines gladii, *quaſi à* גּוּר· Pih. Præterit. מִגַּרְתָּה *Dejeciſti, Pſal.* 89, 45. Futur. Chald. יְמַגֵּר Dejiciet, Eſr. 6, 12.

מָדַד Mensus, Dimensus, Emensus est, Mensuravit: Infinit. לָמֹד *Ad mensurandum, Zachar. 2, v. 6.* Futur. תָּמוֹד *Metieris, Ezech. 45, 3.* Niph. Futur. יִמַּד *Mensurabitur, Hos. 1, 10.* יִמַּדּוּ *Mensurabuntur, Jer. 31, v.* Pih. Præterit. וּמִדַּד עָרֶב *Et (cor meum) emetitur vesperam, Job. 7, 4. sic enim R. Levi & Aben Esra subaudiunt Nomen* לִבִּי. Futur. אֲמַדֵּד *Metiar, Psal. 60, v. 8.* וַיְמֹדֶד *Et mensus est, Hab. 3, 6.* Hithp. Futur. וַיִּתְמֹדֵד *Et mensus est se, 1. Reg. 17, 21.*

מַד *m.* Mensura: Aff. מִדָּהּ *Mensura ejus, Job. 11, v. 9.* Plur. מִדַּיִךְ *Mensurarum tuarum, Jer. 13, 25. Est etiam* Vestimentum, Vestis *quasi corporis Mensuram vel Mensuratum dicas, & semper cum affixis invenitur:* מַדּוֹ *Vestimento suo, Levit. 6, v. 10.* כְּמַדּוֹ *Sicut vestimento suo, Psal. 109, 18.* Plural. מַדָּיו *Vestibus suis, 1. Sam. 17, 38.* Et cum epenthesi, ו loco literæ ד geminandæ; מַדְוֵיהֶם *Vestes eorum, 2. Sam. 10, 4.*

מִדָּה *f.* Mensura, Dimensio, *Exod. 26, 2.* אִישׁ מִדָּה *Vir mensura, 1. Par. 20, 9. id est, Procerus.* Constr. וּמִדַּת יָמַי *Et mensuram dierum meorum, Psal. 39, 5. Item,* Tributum, *ex usu Chaldaico:* לְמִדַּת הַמֶּלֶךְ *Pro tributo regis, Nehem. 5, v. 4.* Plural. אַנְשֵׁי מִדּוֹת *Viri mensurarum sunt, Num. 13, 33. id est, Procera statura:* Aff. מִדּוֹתָיו *Vestium ejus, Psal. 133, 2.* Et masc. מְנָת מִדַּיִךְ *Portio mensurarum tuarum, Jerem. 13, v. 25.* Chald. מִדָּה Tributum, quod à facultatibus suis quisque Regi vel Magistratui dat, quasi Demensum dictum: וּמִדָּה Et tributum, Esr. 4, 20. Constr, מִדַּת Esr. 6, v. 8. & Dagesch in נ resoluto, ut Chaldæis familiare, מִנְדָּה Esr. 4, v. 13. & sic 7, 24. Apud Talmudicos: במדה שאדם מודד מודדין לו *Quâ mensurâ homo mensus fuerit, remetiuntur ei: Sabbath fol. 100. 1. Confer Matth. 7, 2.*

מָרוֹן **m.** Menſura, 2. *Sam.* 21, 20. *Aliam ſignificationem vide in* רון· *Scribitur cum* י, *& legitur per* ו.

מְמַדִּים **m.** *plur.* Menſuræ: Aff. מְמַדֶּיהָ *Menſuras ejus*, *Job.* 38 5.

מרן מְדִינָה Provincia: *Vide in* רון·

מַדּוּעַ *Vide in* יָדַע·

מָה, מַה·מֶה· Quid, Quod, Quæ? *de re quærens*; *Vel adverbialiter*, Quàm; *Vel citra interrogationem*, Quid, Qui, Quomodo, Quicquid, Quidquam, Quidvis: בַּמֶּה· בַּמָּה *In quo*, *Quanam re*? לַמָּה לָמָּה *Ad quid*, *Quare*? לָמָּה־זֶּה *Quid ita*? *Quorſum ergo*? לָמָּה *ſemper eſt milra, præterquam ſemel*, *Job*. 7, 20. *Sequente voce ab* א *vel* ה *incipiente*, *quater habet Dages*: *aliâs ſemper ante gutturales omnes ſine Dages*: Compoſitum cum ש: שַׁלָּמָה Ut quid, Cur? *Cant.* 1, 7. כַּמָּה Quot? Quamdiu? כַּמָּה Tot, Aliquot, *Zach.* 7, 3. עַד־כַּמָּה *Quoties tandem*? 1. *Reg.* 22, 16 עַד מָה Uſquequò, Tantiſper dum, *Num.* 24, 22. עַל־מָה עַל מָה *Propter quid*? *Quamobrem*? מַזֶּה Quidnam? *Exod.* 4, 2. *compoſitum ex* מַה *&* זֶה *Sic* שַׁלָּכֶם *Quid vobis eſt*? *Jeſa.* 3, 15. *ex* מַה *&* לָכֶם: *Item*, מָהֵם *Quid iſti*, *Ezech.* 8, 6 Chald. מָה Quod, Dan. 2, 22. Quid, Dan. 4, 33. עַל־מָה Propter quid? Eſr. 5, 15. לְמָה De eo quod, Eſr. 6, 8. כְּמָה Quàm, Dan. 2, 32. לְמָה Quid? Eſr. 4, 22. Et cum א loco ה, לְמָא דִי De eo quod, Eſr. 6, 8.

מהה Hithp. *ex prima geminata*, הִתְמַהְמַהּ Cunctari, Morari: præter. הִתְמַהְמַהְתִּי *Cunctatus ſum*, *Pſal.* 119, 60. Partic. מִתְמַהְמֵהַּ 2. *Sam.* 15, 18. Infin. לְהִתְמַהְמֵהַּ *Cunctari*, *Exod.* 12, 39.

מָהַל Miſcuit: Partic. מָהוּל בַּמָּיִם *Mixtum eſt aquâ*, *Jeſa.* 1, *verſ.* 22. *Kimchi explicat* מְעוֹרָב· *Pater ejus adducit ſimilem ſignificationem ejus ex lingua Arabica* אלמהל·

מהר Dotavit. Dotem conſtituit: Præterit. מָהֲרוּ *Dotant, Pſal.* 16, *v.* 4. Infinit. cum Futuro, מָהֹר יִמְהָרֶנָּה *Dotando conſtituet dotem ipſi, Exod.* 22 16. Pih. מִהֵר Feſtinavit, Acceleravit: 1. *Sam.* 4, 14. מִהַרְתָּ לִמְצֹא *Feſtinaſti invenire, Gen.* 27, 20. Niph. נִמְהַר Feſtinanter fieri, Præcipitari: Præter. וַעֲצַת נִפְתָּלִים נִמְהָרָה *Conſilium retortorum vel reluctantium præcipitatur, Job.* 5, 13. *id eſt, præceps adeoque temerarium fit.* Particip. וְהַנִּמְהָר *Et feſtinam, præcipitem, Habac.* 1. 6. Plural. נִמְהָרִים *Præcipites, Inconſiderati, Jeſa.* 32, 4.

מָהִיר *m.* Promptus, Feſtinus: סוֹפֵר מָהִיר *Scriba promptus Pſalm.* 45, 2. Conſtruct. מְהִיר צֶדֶק *Promptus ad juſtitiam, Jeſa.* 16, 5.

מֹוהַר *maſc.* Dos, *Gen.* 34, 12.

מַהֵר *m.* Feſtinus: קָרוֹב וּמַהֵר מְאֹד *Propinquus & feſtinus valdè, Soph.* 1, 14. *Et adverbialiter,* Citò, Celeriter, Feſtinanter, *Deut.* 7, 22.

מְהֵרָה *f.* Feſtinatio, Celeritas: *Semper autem adverbiaſcit, vel præfixâ Prapoſit.* ב, *vel ſimpliciter:* בִּמְהֵרָה יִנָּתֵק *Citò rumpitur, Eccleſ.* 4, 12. קַל מְהֵרָה *Leviter cito, id eſt, velociſſimè, Joël.* 3, 4.

מוֹ *Eſt interdum ſyllaba expletiva, aſſumens ante ſe literas ſerviles; ut,* בְּמוֹ In, Cum, *Pſal.* 11, 2. לְמוֹ Ad, *Job.* 39, 2. כְּמוֹ Sicut, *Job.* 12, *v.* 3. *quod cum* Aff. כָּם · כֶן · חֶם · חֶן *retinet Scheva: aliàs ſub Caph habet Kametz* כָּמוֹנִי כָּמוֹךָ *Sicut ego, ſicut tu,* 1. *Reg.* 22. *v.* 4. *Interdum eſt pro* הֵם; *unde* לָמוֹ *Eis, pro* לָהֶם *Jeſa.* 44, 15.

מוּג Liquefactus, Solutus, Diſſolutus fuit: *Et ſemel activè,* וַתְּמוּגֵנוּ *Et diſſolvis nos, Jeſ.* 64, 7. Niph. נָמוֹג Se diſſolvere, Diffluere, Liqueſcere, Colliqueſcere, *& metaphoricè ſemper uſurpatur:* Præteritum, נָמֹגוּ *Diffluent, Exod,* 15, 15. Particip. נְמֹגִים *Solvuntur vel*

vel Soluti sunt, Psal. 75, 4. Pih. Futur. וְתְמוֹגְגֵנִי *Efficis ut diffluam, Job.* 30, 22. תְּמוֹגְגֶנָּה *Dissolvis eam, Psal.* 65, 11. Hithp. תִּתְמוֹגָג *Dissolvat seipsam, Psalm.* 107, 26. תִּתְמוֹגַגְנָה *Colliquescent, Hamos* 9, 13.

מוֹחַ *m.* Medulla: וּמוֹחַ עַצְמוֹתָיו *Et medulla ossium ejus irrigua est, Job.* 21, 24. Cerebrum, *Rabb.*

מֵחִים *m.* Pinguia, *quasi Medullata dicas, Psalm.* 66, 15.

מְמֻחָיִם *m. p.* Medullata, *Jesa.* 25, 6.

מוּט Motus, Dimotus fuit, Nutavit, Vacillavit: Declinavit: Præter. מָטָה רַגְלִי *Dimovetur pes meus, Psalm.* 94, 18. Partic. וּמָטִים *Et declinantes, Prov.* 24, 11. Infin. מוֹט *Movendo, Jesa.* 24, 20. Niph. Præt. בַּל נָמֹטּוּ *Ne dimoveantur pedes mei, Psal.* 17, 5. Futur. בַּל־אֶמּוֹט *Non dimovebor, Psal.* 16, 8. יִמּוֹטוּ *Dimoventur, Psal,* 82, 5. יִמִּיטוּ *Demittantur, Admoveantur, Psal.* 140, 11. *significatione passivâ ex Hiphil desumptâ. Scribitur cum* ו, *sed legendum* יִמּוֹטוּ Hiph. Futur. יָמִיטוּ עָלַי *Admovent super me, Psal.* 55, 4. Hithp. Præter. הִתְמוֹטְטָה *Commovebit se, Jesa,* 24, 20.

מוֹט *m.* Dimotio, *passivè:* לַמּוֹט *In dimotionem, ut dimoveantur, Psalm.* 67, 9. *Item,* Vectis, Planga, *quâ aliquid de loco in locum Promovetur, Num.* 4, 10. בַמּוֹט *Palangâ, Num.* 13, 24. *Item,* Lorum jugi, Jugum, Temo, *quasi Motionis instrumentum: unde* cum Aff. מֹטֵהוּ *Jugum ejus, Nahum.* 1, 13. Fœmin. מוֹטָה *Jugum, Jesa,* 59, 9. *Jer.* 28, *v.* 30. Plural. מוֹטֹת *Juga, Jer.* 28, 13. *Temones, Lev.* 26, 13. בַּמֹּטוֹת *Vectibus,* 1. *Par.* 15, 15.

מוּךְ Tenuem, Attenuatum esse vel fieri, Depauperari: Præter. וּמָךְ אָחִיךָ *Et attenuatus fuerit frater tuus, Levit.* 25, 47. Futur. כִּי־יָמוּךְ *Cum facultatibus attenuatus fuerit, Ibid. v.* 25.

מוּל Circumcidit: *& de præputio carnis vel cordis tantùm dicitur*: Præter. אֹתָם מָל *Eos circumcidit Jehova, Jos. 5, v. 7.* Niph. Infinitivus cum Futuro, הִמּוֹל יִמּוֹל *Circumcidendo circumcidetur, Genes. 17, v. 13.* Imperat. הִמֹּלוּ *Circumcidimini, circumcidite vos, Jer. 4, v. 4.* Pih. מוֹלֵל Succidere, Exſcindere. Futur. יְמוֹלֵל *Succidet, ſcil. quiſpiam, pro, Succiditur, Imperſonaliter, Pſal. 90, 6.* Hiph. Futurum, אֲמִילַם *Exſcindam eos, Pſalm. 118, 10.* Hithp. Futur. כְּמוֹ יִתְמֹלָלוּ *Sint ſicut præciſa, i. e. obtuſa, ſcilicet ſagittæ, ne penetrent, Pſal. 58, v. 8. Sic R. Salomon vult eſſe ex ſignificatione præcedentis* יְמוֹלֵל *& Targum reddit quoque* מִתְגַּזְרִין *Succiſæ, vide & in* מלל.

מוּלָה *m.* Circumciſio: (*Rabbini* מִילָה *dicunt*) Plural. לַמּוּלֹת *Propter circumciſiones, Exod. 4, 26.*

מוּל מוּל Coram. Contra, Erga, E regione, Versùs: אֶל־מוּל פְּנֵי הָאֹהֶל *E regione faciei tentorii, Exod. 26, 9.* אֶל מוּל אָחֵר *Versùs alium, 1. Sam. 17, 30.* מִמּוּל *E regione, Exod. 28, 27.* Aff. מִמֻּלִי *E regione mei, Num. 22, 5.* מוּל סוּף *E regione Suph, Deuter. 1, 1.* Cum epentheſi, לְמוּאל *Ex adverſo, Neh. 12, 38.*

מוּם *m.* μῶμος, Vitium, Macula, Labes: וּמוּם אֵין בָּךְ *Et vitium nullum eſt in te, Cant. 4, v. 7.* Bis eſt cum Epentheſi, מאום *Job. 31, 7. Dan. 1, 4.* Aff. מוּמוֹ *Macula ejus eſt, Prov. 9, 7. id eſt, Maculam ſibi conflat, vitio ipſi eſt.*

מון תְּמוּנָה *f.* Imago, Similitudo, *Exod. 20, verſ. 4.* Conſtructum, וּתְמֻנַת יְהוָה *Et ſimilitudinem Domini, Numer. 12, 8.* Aff. תְּמוּנָתֶךָ *Similitudine tuâ, Pſal. 17, 15.*

מוץ *maſc.* Gluma: כְּמוֹץ עֹבֵר *Sicut gluma tranſiens, Jeſa. 29, 5.* כַּמּוֹץ *Pſal. 1, 4.*

מוק Hiph. הֵמִיק Tabificum esse, Contabescere, Futurum, יָמִיקוּ *Contabescunt, Psalm.* 73, 8. *Convenit cum* מָקַק.

מור Hiph. הֵמִיר Mutare, Commutare, Permutare. Præterit. הֵמִיר כְּבוֹדוֹ *Mutavit gloriam suam, Jer.* 2, *v.* 11. Infin. בְּהָמִיר אָרֶץ *Si commutaret terra, scil. locum suum, Psal.* 46, 3. Niph. וְרֵיחוֹ לֹא נָמָר *Et odor ejus non est mutatus, Jer.* 48, 11. *quod habet formam à* מרר.

תְּמוּרָה *fœm.* Commutatio, Permutatio: Aff. וּתְמוּרָתוֹ *Et permutatio ejus, Levit.* 27, 33.

מוֹר *m.* Myrrha: מְקֻטֶּרֶת מֹר *Suffumigata Myrrhâ, Cantic.* 3, 6. צְרוֹר הַמֹּר *Fasciculus myrrhæ, Cant.* 1, 13. שֶׁמֶן הַמֹּר *Oleo myrrhino, Esth.* 2, *v.* 12. Aff. מוֹרִי *Myrrham meam, Cantic.* 5, 1.

מוש Recessit, Discessit, Movit se, Amotus, Dimotus fuit; *& ita gaudet Præpositione* מִן: *Semel transitivè,* Amovit, *Item,* Palpavit, Contrectavit, *quod ab affini Verbo* מָשַׁשׁ *mutuatur.* Præt. וּמַשְׁתִּי אֶת־עֲוֹן *Et amoturus sum iniquitatem, Zach.* 3, 9. Fut. גְּשָׁה־נָּא וַאֲמֻשְׁךָ *Accede nunc & palpabo te, Gen.* 27, 21. לֹא יָמוּשׁ *Ne discedito liber legis hujus* מִפִּיךָ *Ex ore tuo, Jos.* 1, 8. Hiph. Imp. וַהֲימִשֵׁנִי *Fac ut palpem, Jud.* 16, 26. *sic scribitur, sed legendum juxta Masorethas:* וַהֲמִישֵׁנִי: מִמְּקוֹמוֹ לֹא יָמִישׁ *E loco suo non recedet, Jesa.* 46, 7.

מות Mori, Emori: Præter. הֲמֵת הַיֶּלֶד *Num mortuus est puer iste?* 2. *Sam.* 12, 19. Infin. est cum Cholem & Schurek: אָנֹכִי הוֹלֵךְ לָמוּת *Ego vado ad moriendum, Genes.* 25, 32. מוֹת תְּמֻתוּן *Moriendo moriemini, Genes.* 3, 4. Futur. וַיָּמָת לִבּוֹ *Et emortuum est cor ejus in medio ejus,* 1. *Sam.* 25, 37. *id est, Obstupuit.* Pih. מוֹתֵת Mori fecit, Morte affecit, Interemit, Occidit, Interfecit. Præter. אָנֹכִי מֹתַתִּי *Ego morte affeci,* 2. *Sam.* 1, 16.

Hiph.Præt.וְהֵמִית אִישׁ *Et interfecerit aliquem,Exod.21, v.29.* Inf. לַהֲמִיתוֹ *Ad morte afficere, Ad interficiendum eum,Prov.19,18.Vide de eo etiam in* חָמָה *in fine Radicis:* Hoph. Præterit. וְלֹא הוּמָת *Et non fuit affectus morte, 2.Reg.11,2.* Particip. מָחָר אַתָּה מוּמָת *Cras tu morte afficieris, 1.Sam.19,11.*Plur. הַמְּמוֹתִים *Qui morte afficiebantur, 2.Reg.11,2. scriptum cum* ו *transposito, & legendum juxta Masorethas* הַמּוּמָתִים. Futur. מוֹת יוּמָת *Morte occidatur, Levit. 20, 9. ubi R. Sal. notat, quando sic absolutè dicitur, intelligi Strangulationem. R. Levi,& alii, ad hanc locutionem scribunt : Ubicunque dicitur,* Morte occidatur, *Vult dicere,* Per manus domus judicii *(per Magistratum.) Quando autem dicitur* Morietur, *vult dicere,* Per manus Dei. *Cùm autem non exprimitur, quâ morte mori debeat, intelligitur Mors levissima, qua est Strangulatio.*

מֵת *m.*Mortuus:*eadem forma etiam Præterito Kal & ejus Participio præsenti competit :* Aff. מֵתְךָ קְבֹר *Mortuum tuum sepelito,Gen.23,15.*Plur.מֵתִים *Mortui, 2. Reg.19, 25.* Constr. כְּמֵתֵי עוֹלָם *Ut mortuos seculi, Thren. 3,6.*

מְתֵי & מְתִים *vide in* מתת.

מָוֶת *m.* Mors : Cum ה paragog. הַמָּוְתָה לַחֲסִידָיו *Mors sanctorum ejus,Ps.116,15.*Constr. מוֹת יְשָׁרִים *Morte rectorum,Num.23,10.*Plur.Constr.מוֹתֵי עֲרֵלִים *Mortibus incircumcisorum, Ezech. 28, 10.* Aff. בְּמוֹתָיו *In mortes suas,Jesa.53,9.*Chald.לְמוֹת Ad mortem,Esr.7,26.

מוּת *m.*Mors : יְנַהֲגֵנוּ עַל־מוּת *Ducturus est nos ad mortem usque, Psalm.48, vers.15. id est,* עַד מוֹתֵנוּ *Usque ad mortem nostram, usque dum moriamur. Alii Hebræorum explicant,* עוֹלָמִית Perpetuò , In seculum : *Alii,* Juveniliter , Sicut in juventute , *quasi ab* עֶלֶם Adolescens, *derivatum. Et sic Chaldæus* בְּיוֹמֵי טַלְיוּתָנָא In diebus pueritiæ nostræ: *vide ampliùs in* עֶלֶם.

מְמוֹתִים *m. p.* Mortes : Conſtr. מְמוֹתֵי תַחֲלֻאִים *Mortibus ægritudinum : id eſt, ægerrimis, triſtiſſimis, Jer.* 16, 14.

תְּמוּתָה *f.* Occiſio, Mors : בְּנֵי תְמוּתָה *Filios occiſionis, id eſt, morti deſtinatos, Pſal.* 79, 11.

מזג מֶזֶג *m.* Mixtio, *potus infuſus & mixtus, Cant.* 7, 2. *Verbum* מָזַג Miſcere, Diluere, Temperare, *Rabbinis & Chaldæis uſitatiſſimum.*

מזה מָזֶה *m.* Conſumptus, Exhauſtus : Plur. Conſtr. מְזֵי רָעָב *Exhauſti, vel conſumpti fame, Deut.* 32, 24.

מזח *m.* Zona: *metonymicè,* Robur. Vires : *Jeſa.* 23, 10. וּלְמֵזַח *Et pro zona, Pſal.* 109, 19.

מְזִיחַ *m.* Idem, *Job.* 12, 21.

מזר מַמְזֵר *m.* Spurius, Nothus, *Deut.* 23, 2. *Kimchi à* זור *deducit, & utrumque* מ *formativum facit, ut in* מַמְגֻּרוֹת *à* גור. *Ita Spurius dicitur quaſi Extraneus & alienus à legitima familia. Vide eundem Zach.* 9, 6. Apud Talmud. מַמְזֵר *dicitur quaſi* מוּם זָר Macula aliena, *ortus & ſanguinis alieni nota: Jebhammoth fol.* 76, 2.

מְזָרוֹת *Nomen plur. vide in* נָזַר.

מחא Percuſſit, Comploſit : *& dicitur de manuu in comploſione tantum. Eſt autem propriè Chaldaicum : nam Targum pro Hebræo* הִכָּה Percuſſit, *habet* מְחָא. *Eſt autem metaphoricè,* Attingere, Pervenire, Tendere aliquò : Præter. וּמָחָה עַל־כֶּתֶף *Et attinget littus maris Kinnereth, Numer.* 34, 11. *cum* א *loco* ה. Infin. יַעַן מַחֲאֲךָ יָד *Propter complodere te manum, Eò quòd complodis manum, Ezech.* 25, 6. Futur. יִמְחֲאוּ־כָף *Complodant manu, Pſal.* 98, 8. *Jeſ.* 25, 12. Chald. *Præter.* fœm. וּמְחָת Et percuſſit, Dan. 2, v. 34. Particip. מָחֵא Percutiens, Dan. 5, 19. ut quibuſdam placet : vid. חָיָה Pah. Avertere, Cohibere, Inhibere. Fut. דִּי יְמַחֵא בִידֵהּ Qui cohibeat manum ejus, Dan. 4, 32. *Hac ſignific. apud Rabbinos*

nos & Talmudicos frequens est. יִתְמְחֵא Vid. in seq. Rad.

מָחָה Delevit, Abstersit: Præterit. & Futur. וּמָחִיתִי *Et abstergam Jerusalem,* כַּאֲשֶׁר יִמְחֶה *Sicut quis abstergere solet gabatam.* מָחָה *abstergit, & invertit eam in os vel faciem ejus,* 2. *Reg.* 21, 13. Niph. Præter. וְנִמְחוּ *& delebuntur, Ezech* 6,6. Fut. יִמָּחֶה שְׁמוֹ *Delebitur nomen ejus, Deut.* 25, 6. Per Apocop. יִמַּח שְׁמָם *Deleatur nomen eorum, Psal.* 109, 13. Hiph. Infin. לַמְחוֹת *Ad delendum, Prov.* 31, 3. *pro* לְהַמְחוֹת. Futur. אַל תֶּמַח *Ne deleto, Neh.* 13, 14. *per apocopam:* אַל תֶּמְחִי *Ne deleas, Jer.* 18 23. *pro* תַּמְחֶה. Chald. Futur. וְתִתְמְחֵא עֲלוֹהִי Deleatur, Aboleatur in eo, Esr. 6, 11.

מְחִי קָבָלוֹ Helepolis, Aries, *machina bellica ad evertendos muros, Ezech.* 26 9. *dicta, quasi Percussio adversi sui. Kimchi* Arcum, Balistam, *interpretatur. Apud Talmudicos,* מתקטלו בחיק קבל Occisi sunt balistis, *Pesachim fol.* 111. 1. *Glossa,* חיק קבל, *id est,* ארקבליסטרא *Arcubalista, idem quod* מחי קלל.

מָחַץ Percussit, Fregit, Vulneravit: Præteritum: מָחַץ רֹאשׁ *Franget caput, Psal.* 110,6. Imperat. מְחַץ מָתְנַיִם *Frange lumbos, Deut.* 33,11. *Item,* Intinxit, Immersit: Futurum, לְמַעַן תִּמְחַץ רַגְלְךָ *Ut immergas pedem tuum, Psal.* 68, 24. *Sic Chaldæus,* יִטַּמְּשׁוּן *Intingatt. R. Salomon etiam sic exponit illud,* חִצָּיו יִמְחָץ *Sagittas suas intinget, scilicet in sanguine inimicorum suorum, Num.* 24, 8.

מָחַק Rasit, Erasit, Abrasit, Delevit, Abscidit. *Rabbinis tritissimum eodem sensu cum* מָחָה. Præt. וּמָחֲקָה רֹאשׁוֹ *Et abrasit, abscidit caput ejus, Jud.* 5, 26. *Reperitur & in Targum,* וְיִמְחוֹק *pro Hebræo* מָחָה *Num.* 5,23, *Apud Rabbinos,* מִדּוֹת מְחוּקוֹת Mensuræ rasæ: אין מוחקין במקום שגורשין Non abradunt (mensuram)

ſuram) in loco ubi accumulant. מַחְקָא · מֶחָק Raſio, Expunctio: מוֹחַק Hoſtorium, *lignum quo menſuræ cumulata raduntur.*

מָחָר maſc. Cras: *Et ſynecdochicè pro quovis tempore poſtero,* Poſthac, In poſterum, *ut Exod.* 13, 14. לְמָחָר *In craſtinum, Exod.* 8, 10.

מָחֳרָת fœm. Idem *Num.* 11, 32. לַמָּחֳרָת *Poſtero manè, Jon.* 4, 7. מִמָּחֳרָת *Poſtridiè, Lev.* 19, 6. Et formâ conſtructâ, לְמָחֳרַת הַיּוֹם *Poſtridiè ejus diei,* 1 *Paral.* 29, 21. מִמָּחֳרַת *Idem, Levit.* 23, 11. Aff. לְמָחֳרָתָם *Poſtridiè eorum,* 1. *Sam.* 30, 17.

מְחִיר m. Pretium, 1. *Reg.* 21, 2. Aff. מְחִירָהּ *Pretium ejus, Job.* 28, 15. Plural. cum Aff. בִּמְחִירֵיהֶם *Pretiis eorum, Pſal.* 44, 13.

מְטָא Chald. *Advenit, Pervenit, Supervenit, Pertigit*: Præterit. cum ה, וְזִמְנָא מְטָה Et tempus advenit, Dan. 7, 22. מְטָא Pervenerat, Dan. 4, 25. וּמְטַת Ut perveniret, Dan. 4, 19. דִּי מְטָת Quod ſuperventurum eſt, Dan. 4, 21. Futur. יִמְטֵא Pertingit, Dan. 4, v. 8.

מטט Niph. נָמוֹט Dimoveri, Dilabi. Præt. בַּל־נָמוֹטוּ *Ne dimoveantur pedes mei, Pſal.* 17, 5.

מִטָּה · מַטֵּה · מְטָר *Vide in* נָטָה.

מטל מְטִיל m. Vectis, Palus: כִּמְטִיל בַּרְזֶל *Sicut vectis ferreus, Job.* 40, 13.

מָטָר m. Pluvia, *Deuter.* 11, 7. Conſtr. מְטַר־אַרְצְכֶם *Pluviam terræ veſtræ, Deuter.* 11, 14. Plural. Conſtr. מִטְרוֹת עֻזּוֹ *Pluviæ roboris ejus, Job.* 37, 6.

נִמְטַר Niph. Complui: Futurum, תִּמָּטֵר *Complutus fuit, Amos* 4, 7 Hiph. הִמְטִיר Depluit, Pluviam demiſit, Fecit aut ſivit ut plueret. Præterit. לֹא הִמְטִיר יְהוָה *Non demiſerat pluviam Dominus, Gen.* 2, 5. Particip. מַמְטִיר *Pluviam demiſſurus ſum, Gen.* 7, 4. Infinit. להמטיר

לְהַמְטִיר *Pluviam demittendo, Job.* 38, 26. מֵהַמְטִיר *Ne pluviam demittam, Jesa.* 5, 6. Futur. אַמְטִיר *Pluviam demittam, Amos* 4, 7.

מִי Quis, Qui, Quæ: *Interrogativum personæ propriè, utrique generi & numero serviens; sed latiùs etiam usurpatur. Vide Thesaurum nostrum Grammaticum lib.* 2. *cap.* 6. *Regulâ* 3. מִי אַתָּה *Quis es tu? Gen.* 27, 32. מִי אַתְּ *Quæ es tu? Ruth.* 3, 9. מִי אֵלֶּה *Qui sunt isti? Gen.* 33. 1. 5. מִי שְׁמֶךָ *Quis (es de) nomine tuo, seu, Quod est nomen tuum? Jud.* 13, 17. לְמִי אַתָּה *Cujus es tu?* לְמִי אֵלֶּה *Cujus sunt ista? Genes.* 32, 18. *Hinc* בְּשֶׁלְּמִי *Cujus causâ, Propter quem? Jona* 1, *v.* 7. *ex* ב *&* מִי *&* שֶׁל *compositum.*

מַיִם *m.* Aqua, Aquæ: *Forma numeri dualis videtur duplicem aquam notare, de qua Gen.* 1, 6. 7. Jungitur quoque Verbo singularis numeri, *ut Genes.* 9, 15. *Lev.* 11, 38. *Num.* 19, 20. *&* 24, 7, *& inde non sequitur* מַיִם *esse singulare, scribit Aben Esra, ad locum priorem. Sæpè enim verbum singulare cum Nomine plurali jungitur per synthesin.* Construct. מֵי *Genes.* 7, 7. Et servato utroque Mem, מֵימֵי *Exod.* 7, 19. & sic semper cum Affixis, מֵימֶיךָ *Aquas tuas, Num.* 20, 19.

מִין *m.* Species: Aff. לְמִינוֹ *Secundùm speciem suam, Genes.* 1, 11. לְמִינֵהוּ *In species suas, v.* 12.

מִיץ *m.* Pressura: מִיץ חָלָב *Pressura lactis,* וּמִיץ־אַף *Et pressura nasi,* וּמִיץ אַפַּיִם *Et pressura irarum, Prov.* 30, 33.

מֵץ *m.* Pressor: אָפֵס הַמֵּץ *Desinet qui premat, Jes.* 16, 4.

* מִיק *Vide suprà in* מוק.

* מִיר *Vide suprà in* מור.

מָכַךְ Depauperari, Attenuari. Futur. וַיָּמֹכּוּ *Et attenuati fuerunt, Psal.* 106, *v.* 43 *quâ significatione convenit cum* מוּךְ. Niph. Futurum. יִמַּךְ הַמְּקָרֶה *Attenua-*

Attenuatur contignatio, *Eccles.* 10, 18. *id est*, *infirmatur*, *imminuitur* Hoph. Præter. anomalum, וְהִמַּכוּ *Et attenuantur*, *Job.* 24, 24. *pro* הֻמַּכוּ.

מָכַר Vendidit, Tradidit *quasi venditum*, *Jud.* 2, 14. & 4, 9. מָכַר לוֹ *Vendidit ei*, *Lev.* 25, 27. Niph. Præter. נִמְכַּר *Vendidit se*, *Venditus fuit*, *Levit.* 25, 48. Hithp. Præt. הִתְמַכֵּר *Vendidit*, *Dedidit se*, 1. *Reg.* 21, 25. וְהִתְמַכַּרְתֶּם *Exponetis vos venales*, *Deut.* 28, 68. Infin. יַעַן הִתְמַכֶּרְךָ *Propter vendere te*, *id est*, *Eò quòd vendidisti seu dedisti te*, 1. *Reg.* 21, 20. Futur. וַיִּתְמַכְּרוּ *Et vendiderunt*, *Dediderunt se*, 2. *Reg.* 17, v. 17.

מֶכֶר *m.* Venditio, Venale, Res venalis, *Nehem.* 13, 16. *Et metonymicè*, Pretium venditionis, *Num.* 20, 19. Aff. מִכְרָהּ *Pretium ejus*, *Prov.* 31, 10.

מְכוּרָה *f.* Commercium, Negotiatio: Aff. מְכוּרָתָם *Negotiationis eorum*, *Ezech.* 29, 14. Plural. מְכֻרוֹתַיִךְ *Negotiationum tuarum*, *Ezech.* 21, 30. Et cum Cholem, מְכֹרוֹתַיִךְ *Commercia tua*, *Ezech.* 16, 3. *quæ formam à* כור *habent. Sunt etiam qui* כ *pro* ג *positum existimant, quasi pro* מְגוּרָה *Peregrinatio*, *à* גור.

מְכֵרוֹת *f. p.* Conventiones, Pactiones: Aff. מְכֵרֹתֵיהֶם *Pactiones eorum*, *Genes.* 49, 5. *quibus Sichemitas in fœdus transmiserunt*, *juxta Aben Esram. R. Salom.* Gladium *explicat*, *qui Græcè dicitur* ἡ μάχαιρα: *Inde in Pirke R. Elieseris cap.* 38. *scribitur de Jacobo*, שקלל את חרבם בלשון יונית quòd maledixerit gladiis ipsorum Linguâ Græcâ.

מִמְכָּר *m.* Venditio; *Ezech.* 7, 13. Constr. מִמְכַּר־בַּיִת *Venditio domus*, *Levit.* 25, 33. Aff. מִמְכָּרוֹ *Venditionis suæ*, *Levit.* 25, v. 27. Plural. cum Aff. מִמְכָּרָיו *Venditiones ejus*, *id est*, *Pretium rerum venditarum*, Deuter. 18, 8.

מִמְכֶּרֶת *f.* Venditio, *Lev.* 25, 42.

מָלֵא Plenum esse, Compleri, Impleri, Repleri: *Et interdum activè,* Implere, Complere: Chald. Præter. וּמְלָאת Et implevit, Dan. 2, 35. Niph. Partic. נִמְלָא *Oppletum est, Cantic.* 5, 2. Futur. אִמָּלְאָה *Replebor, Ezech.* 26, 2. יִמָּלֵא *Impleta est, Jes.* 6, *v.* 4. Pih. מִלֵּא Implevit, Replevit, Complevit, Opplevit. Præter. מִלֵּא־מַיִם *Implevit aquis,* 1. *Reg.* 18, 35. מִלֵּא־יָדָם *Implevit manum eorum, Num.* 3, 3. *id est, Ministerio eos consecravit. Nata locutio inde, quod tradendo certas partes sacrificiorum in manus sacerdotum, immitterentur solenniter in possessionem muneris sacrificandi, in eoq; plenissimè confirmarentur: inde ad quamvis consecrationem traductum est, vide Exod.* 28, 41. *&* 29, 9. *&* 32, 29. Semel in Kametz, מָלָא בְרֵשׁוֹ *Implet ingluviem suam, Jer.* 51, 34. Hithp. Futur. יִתְמַלָּאוּן *Explebunt sese, Job.* 16, 10. Chald. הִתְמְלִי Repletus fuit, Dan. 3, 19. א in י commutato, ut sæpè aliàs in hoc Verborum genere.

מָלֵא *m.* Plenus, *Jerem.* 4, 12. Construct. מְלֵא יָמִים *Plenus dierum, Jer.* 6, 11. Plur. מְלֵאִים *Pleni, Deut.* 6, 11. Fœmin. מְלֵאָה *Plena vel Plenum, Num.* 7, 14. Constr. cum י paragogico, מְלֵאֲתִי *Plena, Jes.* 1, 21. *Vide simile in* רָבַב *in nomine* רַבָּה Et substantivè, וְכַמְלֵאָה *Et sicut plenitudo, Num.* 18, 27. Aff. מְלֵאָתְךָ *Plenitudinem tuam, Exod.* 22, 29. *id est, primitias frugum & liquoris.* Plur. מְלֵאוֹת *Plena, Ezech.* 36, 38.

מְלֹא *masc.* Plenitudo, Multitudo, *Jesa.* 31, 4. & מְלוֹ *Plenitudo, Ezech.* 41, 8. Aff. וּמְלוֹאָהּ *Et plenitudo ejus, Psal.* 24, 1.

מִלּוֹא *m.* Munitio, *Judic.* 9, 6. 2. *Sam.* 5, 9. *Kimchi putat fuisse locum amplum & latum, comitiis & conventibus publicis destinatum, dictum* Millo, *quòd repleretur hominibus.*

מְמַלֵּא *m.* Plenus, Repletus, 1. *Par.* 12,15. *Sic Kimchi facit Nomen Toar. Similis forma in* כסת.

מִלֻּאִים *m. p.* Impletiones: אֵיל מִלֻּאִים *Aries impletionum, id est, consecrationum, ut suprà, Exod.* 29,22. *R. Sal. dicit sic dictum, quòd eo compleretur & perficeretur actus sacerdotalis*; אַבְנֵי מִלֻּאִים *Lapides impletionum, id est, Insitivi, quibus pala annuli impletur, Exod.* 25,7.

מִלֻּאָת *f.* Plenitudo, Impletio, Implementum: Constr. מִלֻּאַת *Exod.* 28,17. Plural. בְּמִלּוּאֹתָם *Implementis suis, vers.* 20.

מִלֵּאת *fœm.* Impletio, Insitio, *Cantic.* 5, 12.

מֶלַח *m.* Sal: בַּמֶּלַח תִּמְלָח *Sale salietur, Levit.* 2, 13. בְּרִית מֶלַח *Fœdus salis, Num.* 18, 19. *id est, incorruptibile & perpetuum. Nam sal à corruptione conservat.*

מָלַח Salivit: *Futur.* תִּמְלַח *ut antè.* Chald. Nomen & Verbum, דִּי מְלַח הֵיכְלָא מְלַחְנָא Propterea quòd sale palatii-regii salivimus, Esr. 4, 14. id est, quòd in palatio educati sumus, & salaria nostra à rege habuimus. Hebræi, Quòd vastationem Templi vastavimus, id est, ut Kimchi in lib. Rad. scribit, Cessare fecimus ædificationem Templi, ut sit tanquam terra מְלֵחָה salsuginosa & vasta. Niph. נִמְלַח Evanescere, Deteri, Consumi, Dissolvi: Præterit. כֶּעָשָׁן נִמְלָחוּ *Ut fumus evanescent, Jes.* 51, 6. Pyh. Partic. מְמֻלָּח Salitum, Salsum, *scil. suffimentum, Exod.* 30, 35. *Nam sal Sodomiticum ad suffitum etiam adhibebant, ut Aben Esra notat. Chaldæus & R. Salomon,* Commixtum: *nam quod salitur, solet commisceri, ac sursum deorsum verti.* Hoph. Præterit. & Infin. הָמְלֵחַ לֹא הֻמְלַחַתְּ *Saliendo non fuisti salita, Ezech.* 16, 4.

מַלּוּחַ *m.* Herba salsilaginosa, *Job.* 30, 4. *Quidam,* Malvam, *alii* Halimum, *alii* Urticam, *vertunt. Sic pro Hebræo* חָרוּל *in Targum ponitur* מַלּוּחִין, *Soph.* 2, 9.

מְלֵחָה *f.* Salſugo; אֶרֶץ מְלֵחָה *Terra ſalſuginis, id eſt, ſalſuginoſa, Jerem.* 17, *v.* 6. אֶרֶץ פְּרִי לִמְלֵחָה *Terram fructus in ſalſuginem, Pſal.* 107, 34. *id eſt, fructuoſam in ſalſuginoſam.*

מְלָחִים *m. p.* Evanida, *Veſtimenta detrita, Jer.* 38, 11.

מַלָּחִים *m.p.* Nautæ, *Jonæ* 1, 5. *marini propriè, à Salo vel Salſa aqua maris ſic dicti, vel quòd remis aquam Commiſcent, ut R. Salomon ſcribit, juxta ſignificationem Participii in Pyh.* Aff. מַלָּחֵיהֶם *Et nautæ earum, Ezech.* 27, 9.

מלט Niph. נִמְלַט Ereptus, Liberatus fuit, Eripuit, Eruit, Liberavit, Recepit ſe, Evaſit: Præter. וְלֹא נִמְלַט אִישׁ *Et non evaſit quiſquam, Jud.* 3, 29. Pih. נַפְשׁוֹ מִלֵּט *Animam ſuam eripuit, Ezech.* 35, 5. Futur. אֲמַלֵּט עָנִי *Eripiam pauperem, Job.* 29, 12. *Item,* Peperit, *q. d. Evadere fecit fœtum: Unde,* וַתְּמַלֵּט *Et evadere faciet, Jeſ.* 34, 15. *id eſt, Pariet, Ponet, ſcil. ova ſua.* Hiph. Præt. וְהִמְלִיטָה זָכָר *Et peperit marem, Jeſ.* 66, 7. Infin. פָּסוֹחַ וְהִמְלִיט *Transeundo & liberando, Jeſ.* 31, 5. *cum Chirek ſub* ה *loco Pathach, juxta Kimchium: Simile in* דָּרַךְ Hithp. וָאֶתְמַלְּטָה *Et ereptus ſum, Job.* 19, *v.* 20. יִתְמַלָּטוּ *Proripiunt ſeſe, Job.* 41, 10.

מֶלֶט *m.* Argilla, Cæmentum, *Jerem.* 43, 9.

מָלַךְ Regnavit, Rex fuit: *Frequenter cum* עַל *conſtruitur:* Præterit. וּמָלַךְ מֶלֶךְ *Et regnabit rex, Jer.* 23, 5. Imp. מְלָךְ־עָלֵינוּ *Regna ſuper nos, Jud.* 9, 14. Niph. נִמְלַךְ Conſilium iniit, *ex uſu Chaldaico.* Futur. וַיִּמָּלֵךְ *Et conſilium iniit, Nehem.* 5, 7. Hiph. המליך Regnare fecit, Regem præfecit, Regem conſtituit: Præterit. הִמְלִיךְ אֶת־שְׁלֹמֹה *Regem conſtituit Salomonem,* 1. *Reg.* 1, 43. וְהִמְלַכְתָּ לָהֶם מֶלֶךְ *Et præficies eis regem,* 1. *Sam.* 8, 22. Hoph. Præterit. אֲשֶׁר הָמְלַךְ *Qui rex factus fuit, Dan.* 9, 1.

מֶלֶךְ *m.* Rex: Aff. וְאֶת־מַלְכְּךָ *Et regem tuum, Deut.* 28, 36.

Plur.

Plur. מְלָכִים *Reges, Ps.* 72, 11. Cum Epenthesi הַמַּלְאָכִים 2. *Sam.* 11, 9. In Nun, formâ Chaldaicâ: לַמְחוֹת מַלְכִין *Ad delendum reges, Prov.* 31, 3. Conſt. מַלְכֵי־אֶרֶץ *Reges terræ, Psal.* 2, 2. Chald. *Rex; Conſilium*: כָּל־מֶלֶךְ Ullus rex, Dan. 2, 10 מִלַּת מַלְכָּא Verbum regis, Ibid. דִּי מַלְכָּה שָׁאֵל Quod rex interrogat, Dan. 2, 11. cum ה loco א. Plural. וּמְהָקִים מַלְכִין Et conſtituit reges, verſ. 21. מֶלֶךְ מַלְכַיָּא Rex regum, Eſr. 7, 12. *Cum affixo*, לָהֵן מַלְכָּא מִלְכִּי יִשְׁפַּר עֲלָיךְ Quamobrem ô rex, conſilium meum pulchrum ſit tibi. Dan. 4, 24: id eſt, placeat tibi. Fœmin. מַלְכָּה Regina, *Eſth.* 1, 9. Chald. עָנָת מַלְכְּתָא Reſpondit Regina, Dan. 5, 10. Conſtr. מַלְכַּת 1. *Reg.* 10. *v.* 10. Et aliâ formâ. לִמְלֶכֶת הַשָּׁמַיִם *Reginæ cœlorum, Jer.* 7, 8. *juxta quasdam, ſed potiùs eſt à* לאך, *vide illic.* Plural. מְלָכוֹת *Cantic.* 6, 7. 8.

מֹלֶךְ Molech, *Idolum Ammonitarum, quod &* מִלְכֹּם Milcom, 1. *Reg.* 11, 5. *&* מַלְכָּם *Soph.* 1, 5. *dictum fuit: De Molech vide in* גיא.

מְלוּכָה *f.* Regnum, *Jeſa.* 34, 12.

רְשַׁם Chald. *Exaravit*, *Consignavit*: Præter. רְשַׁם כְּתָבָא Consignavit scripturam, Daniel 6 10. הֲלָא אֱסָר רְשַׁמְתָּ Nunne edictum exarasti, v. 12. Partic. Pehil sive Præter. רְשִׁים Exaratum, v 10. Futur. וְתִרְשֻׁם Et consignabis, v 8. *Hebraicè* Particip. Pahul רָשׁוּם *Exaratum*, *Dan.* 10, 21.

רָשַׁע Improbum esse, Improbè se gerere, Improbè agere vel facere. *Construitur absolutè & bis cum Præpositione* מִן Præter. וְלֹא רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי *Neque improbè egi à Deo meo*, 2. *Sam.* 22, 4. *Psal.* 18, 22. *id est*, *Defeci*, *vel averti me per improbitatem à Deo meo*. *Nam* הרשע הוא הנטייה מדבר הראוי והצדק והליכה בדרך הראוי *Id est*, *Improbitas est declinatio ab eo quod decet & justum est*; *& Probitas est incessus in via recta & convenienti*, *scribit hîc R. Levi*: אִם רָשַׁעְתִּי *Si improbus sim*, *Job.* 10, 15. Hiph. הִרְשִׁיעַ Improbum fecit seu pronunciavit, Improbavit, Damnavit, Condemnavit: *& interdum* Improbè agere *Item* Inquietavit, Exagitavit: Præter. הוּא הִרְשִׁיעַ לַעֲשׂוֹת *Ipse improbè egit faciendo*, 2. *Par.* 20, 35. *id est*, *Impiissimè se gessit*, וְהִרְשִׁיעוּ אֶת־הָרָשָׁע *Et improbum pronunciabunt eum*, *qui improbus est*, *Deut.* 25, 1. Part. Plur Constr. מַרְשִׁיעֵי בְרִית *Improbè agentes fœderis*, *id est*, *in vel contra fœdus*, *Dan.* 11, 32 Futur. יַרְשִׁיעַ *Inquietabat*, 1. *Sam.* 14, 47. וְהוּא יַשְׁקִט וּמִי יַרְשִׁעַ *Ipso tranquillante*, *quis inquietabit?* *Job.* 34, 29.

רָשָׁע *m.* Improbus, ἀσεβής, *Gen.* 18, 23. Plur. בַּעֲצַת רְשָׁעִים *In consilio improborum*, *Ps.* 1, 1. *ubi Aben Esra scribit*, *Improbos sic dictos*, *quasi Inquietos*, *qui nunquam in eadem constitutione permanent*, *juxta illud*; Et improbi sunt ut mare propulsum, *Jes.* 57, 20. *& juxta præcedentia duo loca*, *ubi inquietare significat*, *quasi hæc sit prima verbi significatio*. *At hæc inquietudo potiùs est effectum*

effectum improbitatis sive aversionis à Deo ejusq; verbo & provenit ab eo Spiritu, qui eos agitavit, ut à Deo declinarent: מֵרְשָׁעִים יֵצֵא רֶשַׁע *Ab improbis egreditur improbitas,* 1.*Sam.*24, 14. Constr. רִשְׁעֵי אֶרֶץ *Improbi terræ, Psal.* 75, 9. Fœm. רְשָׁעָה *Improba, Ezech.* 3, 18.

רֶשַׁע *m* Improbitas, *ut paulò antè:* Aff וְאֶל רִשְׁעוֹ *Et ad improbitatem ejus, Deut.* 9, 27. Fœmin, רִשְׁעָה Idem, *Jesa.* 9, 18. Constr. וְרִשְׁעַת הָרָשָׁע *Et improbitas improbi, Ezech.* 18, 20.

מִרְשַׁעַת *f.* Improba, *Improbè se gerens,* 2. *Paral.*24, 7. *Habet vim Participii.*

רשף *m.* Pruna ignita, Scintilla; *Metaphoricè* Anthrax, *inflammatio vel morbus ardens:* וּלְחֻמֵי רֶשֶׁף *Et exesi anthrace, Deut.*32,24. *Sic Hab.*3, 5. וּבְנֵי רֶשֶׁף *Et filii prunæ, i. e. scintillæ, Job.*5,7. Plur לָרְשָׁפִים *Prunis ignitis, Ps.* 78, 48. Constr. רִשְׁפֵי קָשֶׁת *Scintillas arcus, Psal.* 76, 4. *id est, Scintillantes sagittas:* רְשָׁפֶיהָ רִשְׁפֵּי אֵשׁ *Prunæ ejus prunæ ignis sunt. Cant.* 8, 6.

רשש Pyh. רֻשַּׁשׁ Depauperari Præter. רֻשַּׁשְׁנוּ *Depauperati sumus, Malach.* 1, 4. *Convenit cum* רוּשׁ *ubi vide reliqua, quæ hinc esse possint.*

רשת *f.* Rete, *Psal.* 57, 7. וְרֶשֶׁת פְּרוּשָׂה *Et rete expansum, Hos.* 5, 1. Aff. וְרִשְׁתּוֹ *Et rete illius, Psal.* 35, 8. *Quidam deducunt à* יָרַשׁ, *quòd capta possideat & retineat.*

רתח Pih. רִתַּח Fervefecit. Imper. רַתַּח רְתָחֶיהָ *Fervefac fervefactiones ejus, Ezech.*24, 5. *id est, Fac ut vehementer ferveant.* Pyh. Præter. מֵעַי רֻתְּחוּ *Viscera mea effervefacta sunt, Job.* 30, 27. Hiph. Futur. יַרְתִּיחַ כַּסִּיר מְצוּלָה *Fervefacit tanquam ollam, profundum, Job.* 41, 22.

רְתָחִים *m. p.* Ebullitiones, Fervefactiones: Aff, רְתָחֶיהָ *ut paulo antè.*

רתם Ligavit, junxit: Imp. רְתֹם הַמֶּרְכָּבָה *Liga vel junge currum, Mich.* 1, 13.

רֹתֶם *c.* Juniperus: תַּחַת רֹתֶם אֶחָד *Sub Junipero quadam,* 1. *Reg.* 19, 5. *& v.* 4. *fœmin. est*: Plural. רְתָמִים *Juniperi, Job.* 30, 4.

רתק Niph. נִרְתַּק Concatenari, Catenis jungi, aut vinciri. Futur. יֵרָתֵק *Concatenetur, Catenæ instar jungatur, Eccles.* 12, 2. *sic Masorethæ legendum tradunt pro* יִרְחַק *Procul amoveatur, ut in textu scriptum est. Tales voces observatæ sunt undecim, quæ leguntur per* ת, *& non sunt scriptæ per* ת: *Vide Masoram* Pyh. Præt. רֻתְּקוּ *Concatenati, Vincti sunt compedibus, Nah* 3, 10.

רַתּוֹק *m.* Catena: Funis, *Ezech.* 7, 23. רַתּוּקוֹת *Catenæ* 1. *Reg.* 6, 21.

רְתֻקוֹת *f. p.* Idem, *Jes.* 40, 19.

רתת *m.* Tremor, *Hos.* 13, 1. *propriè Chaldaicum est*: *Nam pro Hebræo* רַעַד *in Targum est* רְתֵיתָא *Exod.* 15, 15.

ש

שאב Hausit: Præter. וּשְׁאַבְתֶּם־מַיִם *Et haurietis aquas, Jes.* 12, 3. Infinit. לִשְׁאֹב מָיִם *Ad hauriendum aquas, Genes.* 24, 13.

מַשְׁאַבִּים *m. p.* Haustra, *juxta quosdam, Jud.* 5, 11. *R. Salom. vult, esse Loca ubi hauriuntur aquæ.*

שאג Rugiit, *leonum proprium, sed aliis etiam per metaphoram accommodatur*: Præt. אַרְיֵה שָׁאָג *Leo rugit, Amos* 3, 8. שָׁאֲגוּ צוֹרְרֶיךָ *Rugierunt hostes tui, Psal.* 74, 4.

שְׁאָגָה *f.* Rugitus, *Jes.* 5, 29. Constr. שַׁאֲגַת כְּפִירִים *Rugitus leonum, Zach.* 11, 3. Aff. דִּבְרֵי שַׁאֲגָתִי *Verba rugitus mei, Psal.* 22, 2.

שאר

שָׁאָה Vastari, propriè, cum tumultu, fragore & irruptione: Inde est Tumultuari: Præt. שָׁאוּ עָרִים Vastentur urbes, Jes. 6, 11. Niph. Futur. תִּשָּׁאֶה שְׁמָמָה Vastata ut desolatione. Ibid. יִשָּׁאוּן Tumultuantur, Jes. 17, 12. Hiph Infin. לְהַשְׁאוֹת Ad vastandum, Jes. 37, 26. Contractum hinc, לַהְשׁוֹת 2. Reg. 19, 25. quod juxta Masorethas legendum, ut præcedens. In Hithp. Stupere Obstupescere. Part. וְהָאִישׁ מִשְׁתָּאֵה לָהּ Et vir ille stupens erat stupebat ipsi, id est, de vel super ea, Gen. 24, 21. Metaphoricè ad animum relatum, quasi Animo vastari: Similis usus Verbi שָׁמַם. Vide illic.

שׁוֹאָה m. Vastatio, Tumultuosa, Vastitas, Vastum: שֹׁאָה וּמְשֹׁאָה Vastationem & Pervastationem, id est, In locum vastatissimum, Job. 30, 3. Construct. וּמִשֹּׁאַת רְשָׁעִים Et à vastatione improborum, Prov. 3, 25.

שְׁאִיָּה f. Vastatio, Jes. 24, 12.

שֵׁאת f. Idem, Thren. 3, 47.

שׁוֹאִים m. p. Vastationes: Aff. מִשֹּׁאֵיהֶם A vastationibus sive tumultuationibus ipsorum, Psal. 35, 17.

שָׁאוֹן masc. Tumultuatio, Tumultus, Strepitus: קוֹל שָׁאוֹן Voce tumulus, id est, tumultuosâ, Jesa. 66, v. 6. Constr. שְׁאוֹן יַמִּים שְׁאוֹן גַּלֵּיהֶם Strepitum marium, Strepitum fluctuum eorum, Psal. 65, 8. Aff. וּשְׁאוֹנָהּ Et tumultuatio ejus, Jesa 5, 14.

שַׁאֲנָן m. Idem: Aff. וְשַׁאֲנַנְךָ Et tumultuatio tua, 2. Reg. 19, 29. Sic Chaldæus, אִתְרַגְּשׁוּתָךְ & Kimchi deducit à שָׁאוֹן. per geminationem literæ נ, ad vehementem tumultuationem designandam. Vide etiam שאן.

מְשׁוֹאָה f. Devastatio, Pervastatum, Job. 30, 3.

מַשָּׁאוֹן m. Vastitas, Solitudo vasta: תִּכַּסֶּה שִׂנְאָה בְּמַשָּׁאוֹן Tegitur odium in solitudine, Prov. 26, 26. Vide & נָשָׁא.

מַשּׁוּאוֹת מַשָּׁאוֹת f. p. Vastitates, Ps. 37, 18. & 74, 3. Si-

gnificatione huc pertinet, ut Aben Esra refert, sed propter Dagesch est quasi à נָשָׂא.

תְּשׁוּאוֹת תְּשֻׁאוֹת *f. p.* Fragores, Acclamationes, Fragosi clamores, Tumultuationes: תְּשֻׁאוֹת נֹגֵשׂ *Fragosi clamores exactoris, Job. 39, 10.* תְּשֻׁאוֹת חֵן חֵן לָהּ *Acclamationes gratiæ, gratiæ ei sunt, Zach. 4, 7. Phrasis in familiaribus Judæorum scriptis usitatissima, quando summas alicui gratias agere volunt. Habet autem hoc nomen formam ex ordine Quiescentium secundâ, quasi à* שׁוֹא, *sed significatione ad hanc Radicem pertinet.*

שׁאט שָׁאט Depopulari, Spernere. *Verbum est irregulare, origine Chaldaicum Nam* שָׁט *Chaldæis usurpatur pro Hebræo* בָּזָה Sprevit, Contempsit, *Psal. 15, 4. & Gen. 25, 34 in utroque Targum, Jonathanis scil. & Onkeli. Habet* א *quiescens, uno tantùm loco excepto, quasi protractionis sit, ut Hebræi loquuntur, & thema habeat* שׁוּט *ex ordine Quiescentium secundâ, sitq́ʒ* א *loco mediæ quiescentis* ו *imitatione Chaldæorum. Sic* קוּם *&* רוּם *quandoque in medio habent* א, *vide illic.* Part. הַשָּׁאטִים אוֹתָם *Qui depopulentur eos, Ezech. 28, 24. Chaldæus,* דְבָזְזִין *Qui diripiunt eos:* הַשָּׁטִים *vide in* שׁוּט. Fœm. הַשָּׁאטוֹת אוֹתָךְ *Quæ depopulantur, prædandantur te, Ezech. 16, 57. juxta Kimchium: Chaldæus & R. Salomon, Quæ spernunt te.*

שְׁאָט *m.* Contemptus, vel Depopulatio: בִּשְׁאָט בְּנֶפֶשׁ *Cum contemptu in animo, Ezech. 25, 15. id est, Summo & ignominioso contemptu, vel depopulatione. Sic,* בִּשְׁאָט נֶפֶשׁ *Ezech. 36, 5.* Aff. בְּכָל־שָׁאטְךָ בְּנֶפֶשׁ *In toto contemptu tuo ex animo, Ezech. 25, 6. Chaldæus tribus hisce posterioribus locis* צְפוּחַ Lætitiam *transfert.*

שׁאל שָׁאַל Rogavit, Interrogavit, Petiit, Expetiit, Consuluit, Quæsivit, Requisivit, Percunctatus est. *Item,* Mendicavit. *Construitur cum Accus. & Præ-*

& Præposit. מִן ,מֵאֵת & לְ. Præter. שָׁאַל אֶת־עֲבָדָיו *Interrogaverat servos suos, Gen.* 44, 19. חַיִּים שָׁאַל מִמְּךָ *Vitam petiit à te, Ps.* 21, 5. וְשָׁאַל־לוֹ *Ut consulat illum, Num.* 27, 21. וְשָׁאַל בַּקָּצִיר *Et mendicat in æstate, Proverb.* 20, 4. וּשְׁאֵלֵךְ *Et rogaverit te, Jud.* 4, 20. *quod est ex terminatione Tzere:* וְשָׁאֲלוּ לְךָ לְשָׁלוֹם *Interrogabunt te pacis, hoc est, valetudinis causâ,* 1. *Sam.* 10, 4. *id est, Pacificè te salutabunt: Vide &* 1. *Sam.* 25, *v.* 5. 2. *Sam.* 8, 10. Chald. Præt. שְׁאֵל לְכָל־חַרְטֹם Petiit ab ullo mago. Dan. 2, 10. אֱדַיִן שְׁאֵלְנָא Tunc interrogavimus, Esr. 5, 9. Futur. כָּל־דִּי יִשְׁאֲלֶנְכוֹן Quicquid postulaverint, Esr. 7, 21. cum נ epenthetico. Niph. נִשְׁאַל Exorari, Precibus obtinere: Præter. cum Infin. נִשְׁאֹל נִשְׁאַל מֵעִמָּדִי *Expetendo expetivit David à me,* 1. *Sam.* 20, 28. *id est, Obnixè petiit à me & obtinuit. Similem formam vide in* שלח. נִשְׁאַלְתִּי מִן־הַמֶּלֶךְ *Precibus obtinui à rege, Nehem.* 13, 6. Pih. Præt. וְשִׁאֲלוּ *Et petant, id est, mendicent, Ps.* 109, 10. Fut. שָׁאוֹל יְשָׁאֲלוּ *Interrogando interrogabunt,* 2. *Sam* 20, 18. Hiph. הִשְׁאִיל Mutuavit, Commodato dedit petenti. Præter. וְהִשְׁאִלְתִּיהוּ לַיהוָה *Et mutuo eum Domino,* 1. *Sam.* 1, 28. *id est. Quem precariò ab ipso acceperam, nunc rursus ipsi sisto & consecro, ut ipsius minister sit,* Futur. וַיַּשְׁאִלוּם *Commodato dederunt ipsis petentibus, Exod.* 12, 36.

שְׁאוֹל c. Sepulchrum, Infernus. *Sepulchrum autem sic à Petendo & Postulando dictum, quòd ore hiante & dilatato, Jes.* 5, 14. *Hab.* 2, 5. *repleri expetat, unde & Insatiabile dictum, Prov.* 27, 20. & 30, 16. *Significat autem in genere Locum corporum humanorum post mortem; unde communiter pro Sepulchro, interdum etiam pro Inferno ponitur. Dicitur etiam de Loco infimo, qui altissimo opponitur, Job.* 11, 8. Mascul. עָרוֹם שְׁאוֹל *Nudum est sepulchrum, Job.* 26, 6. *id est, Abditissima & intima terræ pars, juxta Aben Esram, vel* מַרְבֵּז

הָאָרֶץ *Centrum ipsius terræ ipsi in aperto & propatulo est*: Fœmin. הִרְחִיבָה שְׁאוֹל נַפְשׁוֹ *Dilatat sepulchrum animam suam: id est, seipsum, Jes.* 5, 14. Cum ה paragogico, לִשְׁאוֹלָה *In sepulchrum usque, Psal.* 9, 18. Et sic cum accentu in ultima præter morem, שְׁאֹלָה *In sepulchrum, Genes.* 37, 35.

שְׁאֵלָה *f.* Petitio: שְׁאֵלָה אַחַת *Petitionem unam ego peto abs te*, 1. *Reg.* 2, 16. Aff שְׁאֵלָתִי אֶת *Petitionem meam*, 1. *Sam.* 1, 27. Hinc contractum, יִתֵּן אֶת־שֵׁלָתֵךְ *Det petitionem tuam*, 1. *Sam.* 1, 17. Et aliter, תָּבוֹא שְׁאֵלָתִי *Eveniat petitio mea, Job.* 6, 8. Chald. שְׁאֵלְתָא Petitio, Postulatum, Dan. 4, 14.

מִשְׁאָלוֹת *f. p.* Petitiones: Aff. כָּל־מִשְׁאֲלוֹתֶיךָ *Omnes petitiones tuas, Psal.* 20, 6.

שאן Pih. *geminatâ tertiâ radicali*, שַׁאֲנַן Tranquillum esse, Tranquille agere: Præt. שַׁאֲנַן מוֹאָב *Tranquillus fuit Moab, Jer.* 48, 11. שַׁאֲנַן מִפַּחַד רָעָה *Tranquillus erit à timore mali, Prov.* 1, 33. שַׁאֲנָנוּ *Tranquillè agent, Job.* 3, 18.

שַׁאֲנָן *m.* Tranquillus: נָוֶה שַׁאֲנָן *Habitaculum tranquillum, Jes.* 33, 20. Aff. וְשַׁאֲנַנְךָ *Et tranquillitas tua*, 2. *Reg.* 19, 28. *id est, Insolentia, Ferocia, quam tranquillitas tibi parit. Vide &* שאת. Plural. הוֹי הַשַּׁאֲנַנִּים *Væ tranquillis in Tzione, Amos* 6, 1. Fœmin. נָשִׁים שַׁאֲנַנּוֹת *Mulieres tranquillæ, Jes.* 32, 9.

שַׁלְאֲנָן *m.* Tranquillissimus, *Job.* 21, 23. *cum epenthesi* ל, *vel potius, ut Kimchi scribit in lib. Rad. est vox composita ex* שָׁלֵו *&* שַׁאֲנָן, *& notatur eo summè tranquillus, id est, tranquillissimus.*

שָׁאַף Hausit, *propriè aërem vel ventum*, Anhelavit, Aspiravit; *Metaphoricè*, Absorbuit, Deglutivit. Præter. וְשָׁאַף *Et exhaurit, absorbet, Job.* 5, 5. Cum Aff. שְׁאָפַנִי *Absorbet me, anhelus persequitur ad de-*

deglutiendum me, Psal. 56, 2. שָׁאֲפוּ רוּחַ *Haurient ventum, Jerem.* 14, 6. Partic. וְאֶל־מְקוֹמוֹ שׁוֹאֵף *Ad locum suum anhelat, Eccles.* 1, 5.

שָׁאַר Reliquum esse, Superesse: Præter. עוֹד שָׁאַר *Adhuc reliquus est minimus, 2.Sam.6*, 1. Niph. נִשְׁאַר Reliquum, Residuum esse vel fieri, Relinqui: Superstitem manere, Remanere, Superesse: *Frequenter construitur cum Præpositione* בְּ, *quæ quandoque per* E, Ex, *explicanda est*, Præter. הוּא לְבַדּוֹ נִשְׁאָר *Ipse solus est relictus, Genes.* 42, *v.* 38. *cum Kametz propter pausam.* Anomalum cum Epenthesi א: וְנֵאשֲׁאַר אָנִי *Et reliquus fui ego, Ezech.* 9, *vers.* 8. *pro* נִשְׁאַרְתִּי. *Kimchi in Comment. scribit esse compositum ex Præterito Niphal & Futuro Kal, quasi dicere Propheta voluerit: Cùm percutientibus illis videre vellem*, מִי נִשְׁאַר *quis reliquus maneret? animadverti* אֲנִי כִּי אֶשְׁאַר *quòd ego tantùm reliquus essem. Non dissimile vide in* שָׁחָה *in Hithpahel.* וְלֹא נִשְׁאֲרוּ בָם *Neque relinquerentur in eis, id est, ex eis duo pariter*, 1. *Sam.* 11, *v.* 11. Hiph. הִשְׁאִיר Reliquit, Reliquum, Residuum, Superstitem fecit vel reliquit: Præterit. הִשְׁאִיר לוֹ *Reliquerunt ei superstitem, Numer.* 21, 35. וְהִשְׁאִיר אַחֲרָיו בְּרָכָה *Et relinquat post se benedictionem, Joël.* 2, 14. Futurum, וְלֹא נַשְׁאֵר בָּהֶם אִישׁ *Ut non reliquum faciamus ex eis quenquam*, 2. *Sam.* 14, 36.

שְׁאָר *m.* Reliquus, Reliquum, Residuum, Reliquiæ: *In constructione non mutatur:* וּשְׁאָר עֵץ *Et reliqua ligna, Jesa.* 10, *vers.* 19. וּשְׁאָר *Et residuum, Jesa.* 14, *vers.* 22. וּשְׁאָר רוּחַ לוֹ *Et (nonne) residuus spiritus ipsi? Malach.* 2, *v.* 15. *Vide hîc Rabbi Salomonem.* Chald. עִם שְׁאָר חַכִּימֵי Cum reliquis sapientibus Babyloniæ, Daniel. 2, vers. 18. וּשְׁאָרָא Et residuum, Daniel. 7, 7.

שְׁאֵר *m.* Caro, *& generaliter,* Alimentum: *Item,* Propinquus, Propinqua, *de eadem carne vel sanguine existens, & sic eodem genere de utroque sexu dicitur.* אָכְלוּ שְׁאֵר עַמִּי *Comedunt carnem populi mei, Mich.* 3, 3. אֶל־כָּל־שְׁאֵר *Ad omnem propinquum carnis suæ, Lev.* 18, 6. שְׁאֵר אָבִיךָ *Propinqua patris tui est, v.* 21, Aff. לִשְׁאֵרוֹ *Propinquo ejus, Num.* 27, 1. שְׁאֵרָהּ *Alimentum ejus, Exod.* 21, 10. *id est,* מְזוֹנָהּ *Alimentum, quod conservat* שארה *Carnem ejus. Aben Esra hoc loco. Sic Chaldæus,* וּשְׁאֵרֶךָ *Et corpus tuum, Prov.* 5, 11. *Sic reddunt propter præcedens nomen Carnis, cui synonymum est.*

שַׁאֲרָה *f.* Propinquitas; שַׁאֲרָה הֵנָּה *Propinquitas sunt, Levit.* 18, 17. *id est, propinquæ una alteri.*

שְׁאֵרִית *f.* Residuum, Reliquiæ: *Semel scribitur contractè absque* א, שֵׁרִית, 1. *Par.* 13, 38. Aff. וּשְׁאֵרִיתוֹ *Et residuum ejus, Jesa.* 44, 17. Contractè ut antè, שְׁרוּתְךָ *Residuum tuum, Jerem.* 15, 11. *scribit cum* ו, *sed legendum per* י *juxta Masorethas, Chirek sub* ת *est loco Sægol, pro* שֵׁרִיתֶךָ. *Simile vide in* פוץ *inter Nomina.*

מִשְׁאֶרֶת *fæm.* Mactra: Aff. וּמִשְׁאַרְתֶּךָ *Et mactra tua, Deuter.* 28, 5. Plural. וּבְמִשְׁאֲרוֹתֶיךָ *Et in mactras tuas, Exod.* 8, 3.

שְׂאֹר *masc.* Fermentum; תַּשְׁבִּיתוּ שְׂאֹר מִבָּתֵּיכֶם *Amovebitis fermentum è domibus vestris, Exod.* 12, *vers.* 15.

שְׁבָב *m.* Fragmentum: Plural. שְׁבָבִים *Fragmenta, Hos.* 8, 6. *Verbum* שָׁבַב Frangere, *apud Talmudicos usitatum est.*

שְׁבִיב *m.* Scintilla, *quasi fragmen ignis dicta, Job.* 18, 5. Chald. שְׁבִיבָא דִי נוּרָא Scintilla vel Flamma ignis, Dan. 3, v. 22. Plural. שְׁבִיבִין דִּי־נוּר Scincillæ ignis, Dan. 7, 9.

שָׁבָה Captivum cepit, duxit, abduxit, deportavit, fecit, tenuit, detinuit. Præter אֲשֶׁר שָׁבָה *Quem captivum abduxit, Jer.* 14, 14. שָׁבִיתָ שֶּׁבִי *Captivam duxisti captivitatem, Psal.* 68, 19. Particip. שֹׁבִים לְשֹׁבֵיהֶם *Captivos capient captivantes ipsos, Jes.* 14, 2. Futur. per Apocopam, וַיִּשְׁבְּ מִמֶּנּוּ שֶׁבִי *Et captivam fecit ex eo captivam turbam, Num.* 21, 1. Niph. Præter. כִּי נִשְׁבָּה *Quòd captivus abduceretur, Genes.* 14, 14. נִשְׁבּוּ *Capti essent,* 1. *Sam.* 30, 3.

שְׁבוֹ *m.* Achates, *lapis pretiosus, Exod.* 28, 19. *Judæis Germanis* Topazius *est.*

שְׁבִי *masc.* Captivitas, Captiva turba, Captivorum multitudo: שְׁבִי צַדִּיק *Captiva turba justi, Jesa.* 49. *v.* 24. בַּשְּׁבִי יֵלֵכוּ *In captivitatem ibunt, Jer.* 22, 22. Aff. מֵאֶרֶץ שִׁבְיָם *De terra captivitatis ipsorum, Jer.* 46, 27. Cum Sægol sub schin, שֶׁבְיְךָ *Captivitatem tuam, Jud.* 5, 12.

שְׁבִיָּה *f.* Captiva, *Jes.* 52, 2.

שִׁבְיָה *f.* Captivitas, *ut antè,* 2. *Par.* 28, 5.

שִׁיבָה *f.* Idem: Constr. שִׁיבַת צִיּוֹן *Captivam multitudinem Tzionis, Psal.* 126, 1. *Formam habet à* שׁוּב, *quasi Reducem captivam turbam dicas. Aliam significationem vide in* יָשַׁב.

שְׁבִית *f.* Captivitas: *Numer.* 21, 29. Aff אֶת־שְׁבוּתֵנוּ *Captivitatem nostram, Psal.* 126, 4. *scribitur cum* ו, *sed legitur per* י: Plural. cum Aff. שְׁבִיתַיִךְ *Captivitatum tuarum, id est, multitudinis captivorum tuorum, Ezech.* 16, *v.* 53.

שְׁבוּת *f.* Idem, *Jer.* 30, 3. Aff אֶת־שְׁבוּתְךָ *Captivitatem tuam, Deut.* 30, 3. Quædam scribuntur per י in medio, sed legenda per ו: שְׁבִיתֵךְ *Captivitatem tuam, Thren.* 2, 41.

שבח Pih. שִׁבַּח Laudavit, Laudibus celebravit: *Item*, Repreſſit, Compeſcuit: Præter. וְשִׁבַּחְתִּי אֲנִי *Et laudavi ego lætitiam, Eccleſ.* 8, 15. Fut. תְּשַׁבְּחֵם *Reprimis illos, Pſal.* 89, 10. *& ſic Prov.* 29, 11. Chald. Præter שַׁבַּחְתָּ Laudaſti, Dan. 5, 23. וּלְחַי עָלְמָא שַׁבְּחֵת Et viventem perpetuum laudavi, Daniel. 4. v. 31. וְשַׁבַּחוּ לֵאלָהֵי דַהֲבָא Et laudabant Deos aureos, Dan. 5, v. 4. Partic. מְשַׁבַּח Laudo, &c, לְמֶלֶךְ שְׁמַיָּא Regem cœlorum, Dan. 4, 34. ubi notanda conſtructio cum Dativo. Hiph. Partic. מַשְׁבִּיחַ שְׁאוֹן יַמִּים *Compeſcens ſtrepitum marium, Pſal.* 65, 8. Hithp. Infin. בְּהִשְׁתַּבֵּחַ בִּתְהִלָּתֶךָ *Ad laudationibus commendandum nos in laude tua, Pſal.* 106, 47.

שַׁבֵּחַ *m.* Laudans: *Vim & uſum habet Participii*: שַׁבֵּחַ אֲנִי אֶת־הַמֵּתִים *Laudabam ego mortuos, Eccleſ.* 4, 2.

שֵׁבֶט *c. ſed m. ſæpiùs*, Virga, Baculus, *Exod.* 21, 23. *Prov.* 10, 13. Sceptrum: לֹא יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה *Non recedet ſceptrum de Jehuda, Geneſ.* 49, 10. *id eſt, reges & regia autoritas, juxta triplex Targum & Hebræos veteres Talmudicos, Cod. Sanhedrin cap.* 1. *fol.* 5. *& Cod. Horajoth cap.* 3. *fol.* 11. *ac recentiores Kimchium, R. Sal. Aben Eſram. R. Abrahamum Hiſpanum, R. Tanchuma, R. Bechai, R. Moſche Ben Nachman, R. Jitzchack ben Arama Chaskuni ſive R. Chiskia, quos ego vidi, unde fruſtra ſunt, qui aliter interpretantur. Item*, Tribus, *Deut.* 18, 1. Stylus, Calamus: מֹשְׁכִים בְּשֵׁבֶט סֹפֵר *Trahentes ſtylo ſcribæ, Jud.* 5, 14. *id eſt, Scribentes* בְּקוּלְמוֹס *Calamo ſcriptorio, ut Chaldæus transfert, eſtq́ periphraſis poëtica Scribarum, ſive Doctorum & Sapientum*. שֵׁבֶט מֹאֶסֶת *Virga ſpernens, Ezech.* 21, 10. *ubi fœmin.* Aff שִׁבְטוֹ *Virgam ſuam, Prov.* 13, v. 24. Plural שְׁבָטִים Tribus, *Joſ.* 18, 2. Tela, Spicula, 2. *Sam.* 18, 14. Conſtr. שִׁבְטֵי *Tribus filiorum Iſraël, Joſ.* 4, *v.* 8.

4, *v.* 8. Aff. בְּשִׁבְטָיו *In tribubus ejus, Psal.* 105, 37. Chald. לְמִנְיַן שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל Secundùm numerum tribuum Israëlis, Esr. 6, 17.

שְׁבָט *m.* Schebhat, *nomen Mensis undecimi, respondentis Januario nostro, Zach* 1, 7.

* שבך *Quæ hinc esse possint, vide in* סָבַךְ.

שבל שְׁבִיל *m.* Semita, Via: Aff. וּשְׁבִילֶיךָ *Et semita tua, Psal.* 77, 20. *ubi legendum juxta Masorethas,* שְׁבִילְךָ. Plural. Constr. שְׁבִילֵי עוֹלָם *Semitæ seculi, Jer.* 18, 15.

שָׁבָל *m.* Idem: חֶשְׂפִּי שֹׁבֶל *Denuda (pedes) ad semitam, Jes.* 47, 2. *Vide* 20, 2.

שִׁבֹּלֶת *f.* Spica, *Job.*24, 24. סִבֹּלֶת Idem, *Jud.* 12, 6. *Item,* Fluxus, Fluentum, *Psal.* 69, 3, 16. Plur. Fœm. sub terminatione masculina, שִׁבֳּלִים דַּקּוֹת *Spicæ tenues, Gen.* 41, 5.

שִׁבֳּלִים *m.p.* Baccæ: Constr. שִׁבֲּלֵי הַזֵּיתִים *Duæ baccæ olivarum, Zach.* 4, 12.

שַׁבְּלוּל *m.* Limax, *Psal.* 58, 9. *In Cod. Talmud. Mohed. Katon capite* 1. *fol.* 6. *scribit Scholiastes ad locum Psalmi:* שַׁבְּלוּל *est reptile, quod cùm egreditur è concha sua, saliva fluit ab ipso, donec planè liquescat & moriatur. Et in Cod. de Sabbatho, cap.* 8. *fol.* 77.

שבס שְׁבִיסִים *m.p.* Reticula, *ornamenta muliebria capitis, juxta R. Salomonem, Jes.* 3, 18.

שֶׁבַע *f.* Septem, Septies: שֶׁבַע שָׁנִים *Septem annos, Genes.*5, 7. שֶׁבַע *Septies in die laudavi te, Psal.* 119, 164.

שִׁבְעָה *m.* Idem: *Item* Septimus, שִׁבְעָה פָרִים *Septem juvencos, Num.* 23, 29. שִׁבְעָה שִׁבְעָה *Septem septem, i. e. septena, Gen.*7, 2. בְּשִׁבְעָה־עָשָׂר יוֹם *Septimo decimo die mensis, Gen.*7, 1. Semel cum נ epenthetico, שִׁבְעָנָה

Job.

Job. 42, 13. Constr. לְשִׁבְעַת הַיָּמִים *Septimo dierum, id est, Die septimo, Gen.*7, 10. Aff. שִׁבְעָתַיִם *Septem illi,* 2. *Sam.* 21, 9. *scribitur cum* י *redundante, & est quasi à separata forma* שִׁבְעַת. Dual. שִׁבְעָתַיִם Septies, Septuplum, *idem quod* שֶׁבַע *inquit R. Salomon, ut apparet ex Jesa.* 30, 26. *Sic etiam,* אַרְבַּעְתַּיִם Quadruplum, *effertur numero duali, ut est in* רֶבַע : *forma autem dualis adhibetur ad differentiam numeri* : Plural. שִׁבְעִים Septuaginta : שִׁבְעִים שָׁנָה *Septuaginta annos, Genes.* 5, 12. Chald. שִׁבְעָה עִדָּנִין Septem tempora : Dan. 4 v. 13. Constr. וְשִׁבְעַת יָעֲטוֹהִי Et septem consiliarios ejus, Esr. 7, 14.

שְׁבִיעִי *m.* Septimus : בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי *Die septimo, Genes.* 2, 2. Fœmin. וּבַשָּׁנָה הַשְּׁבִיעִת *Et anno septimo, Lev.* 25, 4 Semel etiam medio י deficiente, וּבַשְּׁבִעִת *Et septimo, Exod.* 21, 2.

שָׁבוּעַ *m.* Septimana, *vel dierum, ut communiter, vel annorum, ut Dan.*9 Constr. שְׁבֻעַ זֹאת *Septimanam hujus, Gen.*29, 27. Dual שְׁבֻעַיִם *Septimanæ duæ, Levit.* 2, 6. Plur. שָׁבֻעִים שִׁבְעָה *Septimanæ septem, Dan.* 9, *v.* 25 Constr. שְׁבֻעֵי *vide mox infrà.* Fœmin. וְחַג שָׁבֻעֹת *Et festum septimanarum facies, Exod.* 34, *vers.* 22. Affix. בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם *In septimanis vestris, Num.* 28, 26.

נִשְׁבַּע Niph. Juravit : Præter. נִשְׁבַּע־לִי *Juravit mihi, Gen.*24, 7. בִּי נִשְׁבַּעְתִּי *Per me juravi, Gen.* 22, *v.* 16 Part. וְהַנִּשְׁבָּע בָּאָרֶץ *Et qui jurat per terram. Jesa.* 65. *v.* 16. Hiph הִשְׁבִּיעַ Adjuravit : Præter. cum Infinit הַשְׁבֵּעַ הִשְׁבִּיעַ *Adjurando adjuraverat filios Israëlis, id est, Jurejurando obstrinxerat. Exod.* 13, 19. הִשְׁבַּעְתִּי אֶתְכֶם *Adjuro vos, Cantic.* 7, 2.

שְׁבוּעָה *m.* Juramentum, Jusjurandum. Plur. Constr. שִׁבְעֵי שְׁבֻעוֹת לָהֶם *Juramenta juramentorum istis sunt, Ezech.* 21, 23.

שבוער״ז

שְׁבוּעָה *f.* Juramentum, Jusjurandum, Adjuratio: בַּעֲלֵי שְׁבוּעָה לוֹ *Domini juramenti ipsi, id est, Conjurati, Neh.* 6, 18. Constr. וּשְׁבֻעַת שֶׁקֶר *Et juramentum falsitatis, Zach.* 8, 17. Aff. וּשְׁבֻעָתוֹ *Et juramenti sui, Psal.* 105, 19. Plural. שְׁבֻעוֹת *Hab.* 3, 9.

שָׂבַע Satiari, Saturari, Saturum esse. Præt. וְאָכַל וְשָׂבַע *Et comedet & saturabitur, Deut.* 31, 20. שָׂבַעְתָּ קָלוֹן *Saturaris ignominiâ, Hab.* 2, 16. וּשְׂבַעְתֶּם אֹתוֹ *Ut saturemini eo, Joël.* 2, 19. שָׂבְעָה בְרָעוֹת נַפְשִׁי *Saturata est malis anima mea, Psal.* 88, 4. Pih. Imper. שַׂבְּעֵנוּ *Satura nos, Ps.* 90, 14. Futur. נַפְשָׁם לֹא יְשַׂבֵּעוּ *Animam suam non saturabunt, Exech.* 7, 19. Hiph. Præt. הִשְׂבִּיעַ נֶפֶשׁ שֹׁקֵקָה *Satiat animam appetentem, Psal.* 107, 9. Partic. מַשְׂבִּיעַ לְכָל־חָי *Saturas omne vivens, Psal.* 145, 16.

שָׂבֵעַ *m.* Satur, *Gen.* 25, 8. Constr. שְׂבַע יָמִים *Satur dierum, Gen.* 35, 28. Plural. שְׂבֵעִים *Saturi,* 1. *Sam.* 2, 5. Fœm. נֶפֶשׁ שְׂבֵעָה תָּבוּס נֹפֶת *Anima satura calcat favum, Prov.* 27, 7.

שָׂבָע *m.* Saturitas, *Gen.* 41, 28.

שֹׂבַע *m* Idem, *Exod.* 16, 3. Aff. שָׂבְעֶךָ *Ad saturitatem tuam, Deut.* 23, 24.

שָׂבְעָה *f.* Idem, *Jes.* 56, 11. Aff. מִבִּלְתִּי שָׂבְעָתֵךְ *Eò quòd non esset satietas tibi, Ezech.* 16, 28.

שִׂבְעָה *f.* Idem, Constr. שִׂבְעַת לֶחֶם *Saturitas panis, Ezech.* 16, 49.

שבץ Pih. שִׁבֵּץ Tessellatum, Ocellatum, Intertextum opus fecit: Præt. וְשִׁבַּצְתָּ *Et tessellatam facies, Exod.* 28, 39. Pyh. Part. מְשֻׁבָּצִים זָהָב *Intexti, Impacti auro erant, id est, Fundis aureis insiti, v.* 20.

שָׁבָץ *m.* Ocellata chlamys: כִּי אֲחָזַנִי הַשָּׁבָץ *Quia detinuit me ocellata chlamys,* 2. *Sam.* 1, 9.

מִשְׁבְּצָה *f.* Ocellatio: Pala: Funda annuli: Plural,

מִמִּשְׁבְּצוֹת זָהָב Fundis aureis, Exod. 28, 11. מִשְׁבְּצוֹת זָהָב לְבוּשָׁהּ *Ex ocellationibus auri vestis ejus, Ps.* 45, 14.

תַּשְׁבֵּץ *m.* Tessella, Ocellatio: כְּתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ *Tunica ocellationis, Exod.* 28, 4. *id est, Tessellata vel ocellata.*

שְׁבַק Chald. *Sivit, Reliquit, Dimisit, Remisit.* Infin. לְמִשְׁבַּק Ad relinquendum, Dan. 4, 23. Imperat. שְׁבֻקוּ Sinite, Esr. 6, 7. Ithpeh. Futur. תִּשְׁתְּבִק Relinquetur, Dan. 2, 44.

שָׁבַר Fregit, Confregit, Diffregit, Effregit, Perfregit: *Item,* Vendidit, Emit, Comparavit annonam; *à Nomine* שֶׁבֶר *Annona, quasi Annonare dicas.* Præterit. שָׁבַר יְהוָה *Fregit Dominus, Jesa* 14, 5. Infin. לִשְׁבּוֹר אֶל־יוֹסֵף *Ut emerent à Josepho, Gen.* 41. *v.* 57. *ubi* אֶל *est pro* מִן *aut est transpositio verborum, pro, Venerunt ad Josephum ut emerent.* Imp שִׁבְרוּ לָנוּ *Emite, Comparate nobis, Gen.* 43, 2. Fut. וַיִּשְׁבֹּר לְמִצְרַיִם *Et vendidit Ægyptiis, Genes.* 41, 56. אֹכֶל תִּשְׁבְּרוּ *Cibarium emetis ab eis, Deut.* 2, 6. וְאֹתוֹ תִשְׁבֹּרוּ *Illud confringetis, Levit.* 11, 33. Niph. Præter. כִּי נִשְׁבַּר שֵׁבֶט *Quòd confracta fuerit virga, Jes.* 14, 29. נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם *Fractus sum ab animo ipsorum, Ezech.* 6, 9. *ubi* אֶת *est loco* מִן *scribit Kimchi.* Pih. Præt. שִׁבַּר דַּלְתוֹת *Effregit valvas, Psal.* 107, 16. Part. מְשַׁבֵּר סְלָעִים *Confringens petras,* 1. *Reg.* 19, 11. Hiph. הִשְׁבִּיר Vendere Partic. וּבְרָכָה לְרֹאשׁ מַשְׁבִּיר *Et benedictio erit super caput vendentis, Prov.* 11, 26. *& sic Gen* 42, 6. Futur. הַאֲנִי אַשְׁבִּיר *An ego effringerem matricem? Jes.* 66, 9. *Ad partum aperirem. Significatio à Nomine petita est, quod Os matricis significat:* אֹכֶל בַּכֶּסֶף תַּשְׁבִּרֵנִי *Cibum pro argento vendes mihi, Deut* 2, 28. ubi Affixum est pro pronom. separato, *pro* תַּשְׁבִּיר לִי. Hoph. Præter. הָשְׁבַּרְתִּי *Confractus sum, Jer.* 8, 1.

שֶׁבֶר, שֵׁבֶר *m.* Fractura, Fractio, Confractio, Contritio;

tritio: *Item* Annona, *Gen.* 42, 1. 19. *quasi famis Fractura dicta, ut & aqua sive potus dicitur Frangere sitim, Ps.* 104, 11. *Metaphoricè* Explicatio, Enucleatio, *quasi rei aut quæstionis difficilis Fractio & solutio*: Aff. וְאֶת כֶּסֶף שִׁבְרוֹ *Et pecuniam annonæ ejus, Gen.* 44, 2. וְאֶת־שִׁבְרוֹ *Et interpretationem ejus, Judic.* 7, 15. Plural. שְׁבָרִים Nomen proprium loci, *Jos.* 7, 5. מִשְּׁבָרִים *Propter confractiones, Job.* 41, 16. *id est, pericula & calamitates.* Aff. רְפָה שְׁבָרֶיהָ *Cura fracturas ejus, Psal.* 60, 4. *Cæterùm Grammatici quidam Rabbinorum Chirek breve vocant* שֶׁבֶר *ut Aben Esra Num.* 35, 19.

שִׁבָּרוֹן *m.* Fractio, Contritio, *Jerem.* 17, *v.* 18. Constr. בְּשִׁבְּרוֹן מָתְנַיִם *Cum fractione lumborum, Ezech.* 21, 6.

מַשְׁבֵּר *m.* Matrix, Os matricis, 2. *Reg.* 19, *v.* 3. *juxta Kimchium; Chaldæus & R. Salomon* Sellam parturientis *explicat. Dicitur sic à Frangentibus doloribus, qui tum mulieri parienti, tum ipsi fœtui in articulo partus obveniunt.*

מִשְׁבָּר *m.* Idem. Constr. בְּמִשְׁבַּר בָּנִים *In matrice filiorum, Hos.* 13, 13. *id est, ore matricis*: Plural. מִשְׁבָּרִים Fluctus, *sic dicti, quòd se mutuo, vel etiam naves confringant*: Constr. מִשְׁבְּרֵי־מָוֶת *Fluctus mortis*, 2. *Sam.* 22, 5. Aff. כָּל־מִשְׁבָּרֶיךָ *Omnes fluctus tui, Jon.* 2, 4.

שִׂבֵּר Pih. Speravit, Spectavit, Exspectavit, Exspectationem habuit: *construitur cum Præposition.* אֶל *vel* ל. Præter. שִׂבַּרְתִּי לִישׁוּעָתְךָ *Exspecto salutem tuam, Psal.* 119, 166. Futur. אֵלֶיךָ יְשַׂבֵּרוּ *Ad te spectant, Psal.* 145, 15.

שֵׂבֶר *m.* Exspectatio: Aff. שִׂבְרוֹ *Cujus exspectatio, Psal.* 146, 5. מִשִּׂבְרִי *Ab exspectatione mea, Psal.* 119, 116.

שְׁבַשׁ Chald. *Perplexum, Attonitum reddi, Obstupescere, Conturbari*: Ithpah. Particip. Plural. מִשְׁתַּבְּשִׁין Attoniti, Dan. 5, 9.

שָׁבַת Quievit, Cessavit: Præter. כִּי בוֹ־שָׁבַת *Nam in illo quievit, Gen.2, 3.* שָׁבְתָה מַדְהֵבָה *Cessavit aurea, Jes. 14, 4.* Futur. וַיִּשְׁבֹּת *Et quievit, Gen.2, v. 2.* Niph. וְנִשְׁבַּת מִבְצָר *Et cessabit munitio, Jes. 17, 3.* וְנִשְׁבְּתוּ גִּלּוּלֵיכֶם *Et cessabunt stercorea idola vestra, Ezech. 6, 6.* Hiph. הִשְׁבִּית Cessare fecit vel sivit, Abolevit, Sustulit, Amovit, Removit Summovit: Præt. וְהִשְׁבִּית אֶת־הַכְּמָרִים *Et abolevit atratos sacrificulos, 2.Reg.23, 5.* וְהִשְׁבַּתִּי גְּאוֹן זֵדִים *Faciamq; ut cesset fastus superborum, Jes.13, 11.* Futur. וְאַשְׁבִּיתָה מֵאֱנוֹשׁ זִכְרָם *Et faciam ut cesset è mortalibus memoria ipsorum, Deut. 32, v. 26.*

שַׁבָּת *c.* Cessatio, Requies, Sabbathum: *Dies septimus hebdomadæ, Cessationi ab operibus destinatus, & synecdochicè* Septimana, *à septimo die appellata:* Quater legitur שָׁבָּת *ut tradit Masora, Lev. 25, 6.* שֹׁמֵר שַׁבָּת *Custodiens sabbathum, Jes. 56, 2.* Const. וְהָיְתָה שַׁבַּת הָאָרֶץ *Eritq; requies terræ, Lev. 25, 6.* Aff. שַׁבַּת בְּשַׁבַּתּוֹ *Sabbathi in sabbatho suo, Num. 28, 10. ubi prius in Pathach desinit cui simile* שַׁבַּת שַׁבָּת *Sabbatho sabbatho, id est, unoquoque sabbatho, 1.Par. 9, 32.* וְשַׁבַּתָּהּ *Et sabbathum ejus, Hos. 2, 11.* Plural. שַׁבָּתוֹת *Sabbatha, Septimanæ:* Constr. שַׁבְּתֹת שָׁנִים *Septimanas annorum, Lev. 25, 8.* Aff. אֶת־שַׁבְּתֹתֶיהָ *Sabbatha sua, Lev. 26, 34.*

שֶׁבֶת *m.* Cessatio, שֶׁבֶת מֵרִיב *Cessatio à lite, Prov. 20. v. 3.* שָׁבֶת *Cessatio, Jes. 30, 7. Possint hæc etiam esse Infinitivus à* יָשַׁב *Sedere, Manere:* Aff. שִׁבְתּוֹ *Cessationem ejus, Exod. 21, 19.*

שַׁבָּתוֹן *m.* Quies, Requies, Cessatio: שַׁבָּתוֹן שַׁבַּת־קֹדֶשׁ *Quies sabbathum sanctum erit, Exod. 6, 23.* שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן *Sabbathum quietis, Exod. 35, 2.*

מִשְׁבַּתִּים *m. pl.* Cessationes: Aff. עַל מִשְׁבַּתֶּהָ *Propter cessationes ejus, Thren. 1, 7.*

שׂגא שְׂגָה Chald. *Crescere, Multiplicari, Augeri*: Futur. לְמָה יִשְׂגֵּא Ad quid cresceret? Esræ 4, v. 22. שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵּא Pax vestra multiplicetur, Dan. 3, v. 30. Quædam exemplaria illic שׁ habent loco ס. *Hinc Hebraicè* Futurum, יִשְׂגֶּא *Crescit, Augetur, Job.* 8, *v.* 7. 11. Pih. *geminatis literis*, Futur. תְּשַׂגְשֵׂגִי *Facies ut crescat vel adolescat, Jes.* 17, 11. Hiph. Præt. הִשְׂגּוּ *Auxerunt*, *Psal.* 73, 12. Partic. מַשְׂגִּיא *Augens*, *Job.* 12, 23. Futur. תַּשְׂגִּיא *Amplificabis*, *Job.* 36, 24.

שַׂגִּיא *m.* Amplus, *Job.* 36, 26. Chald. וִיקָר שַׂגִּיא Et gloriam multam, Dan. 2, 6. Plural. מַתְּנָן רַבְרְבָן שַׂגִּיאָן Munera magna & ampla, Dan. 2, 48. *Et adverbialiter*, שַׂגִּיא בְּאֵשׁ Vehementer malum visum fuit, vel displicuit, Dan. 6, 14. שַׂגִּיא מִתְבָּהַל Valdè conturbatus fuit, Dan. 5, 9.

שׂגב שָׂגַב Exaltari, Extolli, Altum, Editum esse: Roborari, Robustum esse: Præter. שָׂגְבוּ יֶשַׁע *Extollantur salute, Job.* 5, 11. אֲשֶׁר שָׂגְבָה מִמֶּנּוּ *Quæ robustior nobis fuerit, Deut.* 2, 36. Niph. Præt וְנִשְׂגַּב *Editusq; erit*, *Jes.* 2, 11. Particip. נִשְׂגָּב שְׁמוֹ *Exaltatum est nomen ejus*, *Jes.* 12, 4. Pih. Futur. אֲשַׂגְּבֵהוּ *Extollam, vel Roborabo eum, Psal.* 91, 14. Pyh. Fut. יְשֻׂגָּב *In edito collocatur, Prov.* 29, 25. Hiph. Futur. יַשְׂגִּיב בְּכֹחוֹ *Roborat, Extollit virtute suâ, Job.* 36. *vers.* 22.

מִשְׂגָּב *m.* Locus editus, Munitio, Arx edita: מִשְׂגָּב לָנוּ *Locus editus est nobis, Ps.* 46, 8. Const. מִשְׂגַּב חוֹמֹתֶיךָ *Locum editum murorum tuorum, Jes.* 25, 12. Aff. מִשְׂגַּבִּי *Munitio edita mea, Psal.* 59, 10.

שׁגג Erravit: Præt. עַל־שִׁגְגָתוֹ אֲשֶׁר שָׁגַג *Super errore quo erravit, Lev.* 5, 18. Part. אֲנִי שֹׁגֵג *Ego errabam*, *Ps.* 119, 67. Fœm. הַשֹּׁגֶגֶת *Quæ erravit, Num.* 15, 18.

שְׁגָגָה *f.* Error, *peccatum ex ignorantia*, *Num.* 15, 28.

מְשׁוּגָה *f.* Idem: Aff. אִתִּי תָּלִין מְשׁוּגָתִי *Mecum morabitur error meus, Job.* 19, 14. *quod formam à* שוג *habet.*

שָׁגָה Erravit, Aberravit, Oberravit: Præterit. וּמַה־שָּׁגִיתִי *Et in quo erraverim, Job* 6, 24. Partic. וְכָל־שֹׁגֶה בּוֹ *Et quisquis oberrat in eo, Prov.* 20. *v.* 1. Hiph. Particip. מַשְׁגֶּה עִוֵּר *Errare faciens cæcum, Job.* 12, 16.

מִשְׁגֶּה Error, *Gen.* 43, 12.

שְׁגִיאוֹת *f. p.* Errores: שְׁגִיאוֹת מִי יָבִין *Errores quis intelligit, Psal.* 19, 13.

שִׁגָּיוֹן *m.* Cantio erratica, *Ps.*7, 1. *id est, Varia, quæ omnibus rationibus musicæ decantabatur simul. Vocabulum musicum est, cujus ratio Hebræis ignota:* Plur. Fœmin. שִׁגְיוֹנוֹת *Odæ erraticæ vel mixtæ, Hab.* 3, 1.

* שְׂגָרָה · שִׂגְשֵׂג *Vide suprà in* שָׂגָא·

שגח Hiph. הִשְׁגִּיחַ Prospexit, Respexit, Consideravit: Præter. הִשְׁגִּיחַ *Prospexit in omnes habitatores terræ, Psal.* 33, 14. Part. מַשְׁגִּיחַ מִן־הַחַלֹּנוֹת *Prospiciens è fenestris. Cant.*2, 9. Futur. אֵלֶיךָ יַשְׁגִּיחוּ *Ad te respicient, Jes.* 14, 16.

שָׁגַל Vitiare, Violare mulierem. *Verbum est Hebræis actum Venereum propriissimè denominans, ac proinde pronunciatu obscœnum in communi sermone ipsis habitum. Unde Masorethæ Verbum* שָׁכַב Cubuit, Concubuit, *pro eo legendum substituerunt, quomodo Germani dicunt* Beyschlaffen, Beyligen. *Similem correctionem vide infrà in* שין. *Vide Rambam in More p.* 3. *c.* 8. *circa finem.* Futur. יִשְׁגָּלֶנָּה *Vitiabit eam, Deuter.* 28, 30. *legendum* יִשְׁכָּבֶנָּה *Cubabit cum ea.* Niph. Futur. וּנְשֵׁיהֶם תִּשָּׁגַלְנָה *Et fœminæ eorum vitiabuntur, legendum* תִּשָּׁכַבְנָה *Concubitu violabuntur, Jesa.* 13. *v.* 16. *Item Zach.* 14, 2. Pyh. Præter. אֵיפֹה לֹא שֻׁגַּלְתְּ *Ubi non fueris vitiata; legendum* שֻׁכַּבְתְּ *Jerem.* 3. *vers.* 2.

שֵׁגָל *f.* Conjux, Uxor *appellatione honestâ, ut Sponsæ vocabulum Germanis, cujus Verbum obscœnum. Dicitur autem tantùm de Augusta sive regina aut regia conjuge:* נִצְּבָה שֵׁגַל *Assistit conjux ad dexteram tuam, Psal. 45, vers. 1. Vide etiam Nehem. 2, v. 6. & utrobique in Venetis magnis scribitur cum Pathach.* Chald. Plural. cum Aff. שֵׁגְלָתֵהּ וּלְחֵנָתֵהּ Uxores ejus, & concubinæ ejus, Daniel. 5. vers. 2. שֵׁגְלָתָךְ Uxores tuæ, v. 23.

שגע Pyh. Partic. מְשֻׁגָּע Amens, Demens, *Deut.* 28. *v.* 34. Plural. חֲסַר מְשֻׁגָּעִים אָנִי *Careone amentibus ego? 1. Sam.* 21, 15. Hithp. Particip. מִשְׁתַּגֵּעַ Insanum, Amentem agens, 1. *Sam.* 21, 14. Infin. לְהִשְׁתַּגֵּעַ *Ut amentem agat coram me, v.* 15.

שִׁגָּעוֹן *m.* Amentia, *Deut.* 28, 28.

שגר שֶׁגֶר *m.* Fœtus: *propriè Emissum vel Emissio. Nam Verbum* שְׁגַר *in Targum & apud Rabbinos est* Mittere, Emittere: Constr. שְׁגַר אֲלָפֶיךָ *Fœtui boum tuorum, Deut.* 7, 13.

שֶׁגֶר *m.* Idem: כָּל־פֶּטֶר שֶׁגֶר בְּהֵמָה *Omnem apertionem fœtus jumenti, Exod.* 13, 12. *id est, Omnem primogenitum fœtum.*

שַׁד *masc.* Mamma: חָלְצוּ שַׁד *Extrahunt mammam, Thren.* 4, 3 *id est, Extractam præbent; metaphorâ à lactantibus.* Dual. יוֹנְקֵי שָׁדָיִם *Sugentes ubera, Joël.* 2, 16. Constr. שְׁדֵי אִמִּי *Ubera matris meæ, Cant.* 8, 1. Aff. בֵּין שָׁדַי *Inter ubera mea, Cant.* 1, 13.

שֹׁד *m.* Idem, *Jes.* 60, 16. מִשֹּׁד *Ab ubere, Job.* 24, *v.* 9. *Aliam significationem vide in seq. Rad.*

שַׁד *Vide in seq. Rad.*

שדד Vastavit, Devastavit: Præter. וְשָׁדְדוּ אֶת־גְּאוֹן *Et vastabunt fastum Ægypti, Ezech.* 32, *v.* 12. אֲשֶׁר שַׁדּוּנִי *Qui vastarunt me, Psal.* 17, 9. Futur. in

Schurek loco Cholem, יְשׁוּד *Vastabit, Psal.*91, 6. *Vide simile in* רָנַן Cum: Aff. יְשָׁדֵּם *Vastabit eos, quod legitur* יְשָׁדֵּם *Prov.* 11, 3. Niph. Præter. שָׁדוֹד נְשַׁדֻּנוּ *Vastando vastati sumus, Mich.* 2, 4. *Kibbutz est loco Cholem.* Pih. Part. מְשַׁדֶּד־אָב *Devastans patrem, Prov.*19, 26. Futur. יְשֹׁדֵד מַצֵּבוֹתָם *Vastabit statuas eorum, Hos.*10. *v.* 2. יְשָׁדְדֵם *Vastabit eos, Jer.* 5, 6. *ubi Cholem propter Affixum correptum est.* Pyh. Præter. שֻׁדַּד *Vastatus est, Jes.* 15, 1. Fœmin. שָׁדְּדָה *Vastata est Nineve, Nah.* 3. *v.* 8. Hoph. Futur. וְכָל־מִבְצָרַיִךְ יוּשַּׁד *Et quæque munitionum tuarum vastabitur, Hos.* 10, 14.

שֹׁד *m.* Vastator, *Jes.*16, 4. *Et substantivè,* Vastitas, Vastatio, *Jes.* 22, 4. *Hos.*7, 13. *Aliam significationem vide in præcedenti Rad.*

שֵׁד *m.*Dæmon, *quasi Vastator dictus:* Plur. יִזְבְּחוּ לַשֵּׁדִים *Sacrificaverunt dæmonibus, Deut.* 32, 17.

שִׁדָּה *f.* Symphonia, *sic dicta, quòd voces pares & impares, soni contrarii & similes, se ita invicem gratâ mixturâ & temperamento frangant & Vastent, ut inde concinnum melos concordiaq; discors oriatur:* שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת *Symphoniam & symphonias, id est, omnis generis symphonias, Eccles.* 2, 8. *Hanc Kimchi in lib. Radicum omnibus aliis interpretationibus præfert.*

שַׁדַּי *m.* Præpotens, Omnipotens, *Gen.* 17, 1. *Est unum ex Nominibus Dei à potentia ejus desumptum. Quâ enim potentiâ omnia creavit, eâdem omnia Vastare & in nihilum redigere potest. Vide Pirke Rab. Eliescr cap.* 3. *Hinc & Judæi in versione Hebræo-Germanica* Allmächtig *reddunt. LXX. in hunc sensum sæpè reddiderunt* παντοκράτωρ *& Job.*8, 3. ὁ τὰ πάντα ποιήσας. *Aben Esra* תַּקִּיף Fortem, Potentem *explicat. Rab. Salomon vult illud idem esse quod* דַּי Sufficiens, *ad omnia scilicet præstanda, & qui talis, is rectè etiam dicitur Omnipotens. Vide* די.

שׂדד Pih. שִׂדֵּד Occavit: Futur. יְשַׂדֵּד עֲמָקִים *An occaret valles, Job.* 39, 13. וִישַׂדֵּד אַדְמָתוֹ *Occabit terram ſuam, Jeſ.* 28, 24.

שִׂדִּים Siddim, *Nomen proprium vallis, Gen.* 14, 3.

שָׂדֶה *m.* Ager, *tàm cultus & ſativus, quàm paſcuoſus, ut ſcribit Kimchi, Joſ* 8, 24. *Uterque habitationi hominum inſervit: unde & pro Terra aliqua vel regione ſumitur, quam homines incolunt.* אֶל־שָׂדֶה טוֹב *In agro bono, Ezech.* 17, 8. Conſtr. בִּשְׂדֵה מוֹאָב *In agro Moab, Gen.* 37, 35. Aff. בִּקְצֵה שָׂדֵהוּ *In extremitate agri ſui, Gen.* 23, 9.

שָׂדְךָ *Agrum tuum non ſeres, Lev.* 19, 19. *Eſt &* שָׂדַי *pro* שָׂדֶה *juxta Kimchium, Pſal.* 96, 12. *Jeſ.* 56, 9. *Similem formam vide in* חָרָר *in* חר: Plural. שָׂדִים *unde* Conſtr. עַל־שְׂדֵי חֶמֶד *Super agros deſiderii, Jeſ.* 32, 12. Aff. לֵךְ עַל־שָׂדֶיךָ *Ito in agros tuos,* 1. *Reg.* 2, 26. Fœm. וּמִשְּׂדוֹת *Et de agris, Exod.* 8, 13. Conſtr. וּמִן־הַשָּׂדֹת *Et de agris Gebah, Nehem.* 12, *v.* 29. Aff. בִּשְׂדֹתָם *In agris eorum, Nehem.* 11, 25.

שׂדם שְׁדֵמָה *f.* Ager, Arvum uredine tactum, *Jeſa.* 37, 27. *idem quod* שְׁדֵפָה 2. *Reg.* 19, 26. *per commutationem* ם & פ, *quæ ſunt literæ homogeneæ, ut Hebræi ſcribunt*: Pluraliter *in genere ſumitur pro* Agris *vel* Arvis, ſive frumentum ſive vinum proferant; *unde &* Vites *ſignificat.* Ob generalem hunc uſum maſculinè uſurpatur: וּשְׁדֵמוֹת לֹא עָשָׂה אֹכֶל *Et agri non fecit cibum, Hab.* 3, 17. *id eſt, Nullus agrorum.* Conſtr. שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן *Vites Chesbon, Jeſa.* 16, 8. *R. Salom.* Arva, Agri, & *ſic quoque Deut.* 32, 32. *accipit.*

שׁדף שְׁדֻפוֹת Aduſtæ, Uredine-tactæ, *Geneſ.* 41, 27. *Item v.* 6. *Eſt Participium Pahul.*

שְׁדֵפָה *f.* Aduſtæ, Uredo ſegetum, 2. *Reg.* 19, 26.

שִׁדָּפוֹן *m.* Idem, 1. *Reg.* 8, 37.

שְׁדַר Chald. *Mittere*: Ithpah. הִשְׁתַּדַּר *Conari, Satagere, Contendere, Operam dare*, & ponitur pro הִשְׁתַּדַּל quod propriè illud significat, ל & ר inter se permutatis, scribit Elias in suo Methurgeman. Partic. הֲוָה מִשְׁתַּדַּר Erat satagens, Dan. 6, 14.

אֶשְׁתַּדּוּר m. *Conspiratio, Rebellio*: אֶשְׁתַּדּוּר עָבְדִין Conspirationem faciunt, Esr. 4, 15. Rectum est, scribit Kimchi in lib. Radicum, esse hoc ex significatione *Mittendi*: Nam rebellare conantes frequenter & inter se, & ad eum, ad quem deficere volunt, vel à quo auxilium sperant, nuncios Missitant.

* שׁדר שְׁדֵרוֹת *vide in* סָדַר.

שֶׂה c. *sed m. sæpiùs*, Pecus, *parva propriè, & sæpè est singulare*, Agnus, Hœdus. *Radix est* שָׂיָה, *&* שֶׂה *pro* שֵׂיֶה *formæ* גֵּאֶה. *Simile ipsi* פֶּה *Os*: כָּל־שֶׂה נָקֹד *Omnem pecudem punctis respersam, Genes. 30, 32.* שֶׂה תָמִים *Agnus integer, Exod. 12, 5.* Fœm. שֶׂה פְזוּרָה *Pecus dispersa, Jer. 50, 17.* Constr. שֵׂה כְשָׂבִים *Pecudes ovium,* וְשֵׂה עִזִּים *& pecudes caprarum, Deuter.* 14, 14. Aff. אֶת־שֵׂיוֹ *Pecudem ejus, Deut. 22, 1.* שֵׂיוֹ *Pecus suum, 1. Sam. 14, 33. Hinc videtur esse* שֶׂה *pro* שֵׂיֶה *formæ* גֵּאֶה.

שהד שָׂהֵד *m.* Testis, Testificator: Affix. וְשָׂהֲדִי בַּמְּרוֹמִים *Et testificator meus in excelsis est, Job.* 16, 19. *Diversimodè in exemplaribus punctatum est. Quædam habent* שָׂהֲדִי *quasi à* שָׂהֵד: *alia* שָׂהֲדִי *quasi à* שָׂהַד *formæ* קֹדֶשׁ. *Præstat* שָׂהֵד *formæ* אָבֵל. *Origine Chaldæum est: nam* סְהַד Testari, *in Targum frequens & inde Nomen sequens.*

שָׂהֲדוּתָא *f.* Chald. *Testimonium*: יְגַר שָׂהֲדוּתָא Acervus testimonii, Genes. 31, 47. Nomen proprium cumuli lapidum, quem Laban Syrè vel Chaldaicè sic appellavit.

שֹׁהַם m. Sardonyx, *lapis pretiosus, Exod.* 25, 7. *Quibusdam* Onyx *est.*

* שהר שְׁחַרְנִים *Vide in* סַחַר.

שָׁוְא m. Vanitas, Vanum, Falsitas, Falsum, Mendacium: *Et adverbialiter,* Frustrà, In vanum: אַל יַאֲמֵן בַּשָּׁו *Ne credat vanitati,* כִּי שָׁוְא *nam vanitas erit compensatio ejus, Job.* 15, 31. *prius scribitur defectivè absque* א: עֵד שָׁוְא *Testimonium falsitatis, Deut.* 5, 20. לַשָּׁוְא *In vanum, Exod.* 20, 7. *Vide & Jer.* 2, 30. *Kimchi monet esse formæ* מָוֶת · *& dicendum* שָׁוֶא · *sed ultima vocalis correpta in Scheva, ut in* חֵטְא Peccatum, *pro* חֵטֶא.

שׁוּב Reverti, Redire, Convertere se, Converti: Avertere se vel Averti, Recedere, Retroagi, *pro diversa structura. Construitur absolutè & cum Præpositione,* מִן · אֶל · ל · אַחֲרֵי *vel* מֵאַחֲרֵי · *quibus Motus vel ad aliquem, vel ab aliquo, significatur. Sæpè etiam transitivum est,* Restituit, Reduxit, Redire fecit. *Sunt & qui interdum pro* Quietem esse, Requiescere *exponunt, ut Psal.* 23, 6. *Num.* 10, 36. *Ante aliud Verbum continuò positum, significat Iterationem actionis, quæ isto verbo exprimitur, & per* Rursus, Rursum, *aut*, Denuò, *explicari potest. Id fit vel simpliciter, vel intercedente copulâ Vau. Vide Dan.* 9, 25. *Zach.* 5, 1. *&* 6. *v.* 1. *Psal.* 85, 7. Præter. שָׁב אֶת־שְׁבוּת *Restituit captivitatem, Job.* 42, 10. *& sic Soph.* 2, 7. שַׁבְתָּ שְׁבִית *Reduxeras captivam turbam, Psal.* 85, 2. וְשַׁבְתִּי בְשָׁלוֹם *Reversusq; fuero in pace, Genes.* 28, 21. שַׁבְתֶּם *Aversi estis, Num.* 14, 43. Fœmin. וְשָׁבַת לַנָּשִׂיא *Et revertetur ad principem, Ezech.* 46, 17. *in* ת *ad formam Chaldaicam. Simile vide in* אָזַל. Infinit. בְּשׁוּב יְהוָה *In reducere, hoc est, Quùm reduceret Dominus, Psal.* 126. *v.* 1. בְּשׁוּב *Quùm avertit se justus* מִצִּדְקָתוֹ *à justitia sua, Ezech.* 18, 26. Futur. אִם יָשׁוּב וְלֹא יָשׁוּב *Si conver-*

convertatur, nonne revertetur? Jer. 8, 4. id est, Si populus convertatur à malitia sua, annon convertetur etiam Deus ab ardore iræ suæ? Kimchi & R. Salomon. Pih. שׁוֹבֵב Reverti fecit, Convertit, Restituit, Reduxit: Avertit, Pervertit, Perversum reddidit: Præter. וְשֹׁבַבְתִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל *Faciam ut revertatur Israël, Jes. 50, 19.* שׁוֹבְבָתֶךְ *Perversum reddidit te, Jesa. 47, 10.* Partic. מְשׁוֹבֵב נְתִיבוֹת *Restituens semitas, Jes. 58, 11.* Futur. נַפְשִׁי יְשׁוֹבֵב *Animam meam reverti facit, Psal. 23, 3. id est, Recreat, revocat, quietam efficit:* תְּשׁוֹבֵב לָנוּ רְצוֹנְךָ *Redire facias nobis benevolentiam tuam, Ps. 60, 3.* Pyh. Partic. מְשׁוֹבֶבֶת מֵחֶרֶב *Reducem à gladio, Ezech. 38, 8. id est, Cujus habitatores reversi sunt ex captivitate, in quam deportati erant gladio inimici, R. Salom. In eundem sensum Chaldæus.* Hiph. הֵשִׁיב Redire, Reverti fecit, Reduxit, Retulit, Reportavit, Reposuit; Reddidit, Restituit, Rependit; Retorsit, Retudit; Convertit, Avertit, Respondit. Præt. וּרְכֻשׁוֹ הֵשִׁיב *Et facultates illius reduxit, Genes. 14, 16.* הֵשִׁיב עָלֶיךָ *Convertit in te, 2. Sam. 6, 18.* וַהֲשֵׁבֹתָ אֶל־לְבָבֶךָ *Reducas in animum tuum, Deut. 4, 39.* וַהֲשִׁבֹתִי אֶתְכֶם דָּבָר *Et reddam vobis verbum, Num. 22, 8. id est, Respondebo.* Constructio cum Accus. personæ: *sic Jos. 14, 7. & sæpè cum Aff.* וְהוֹשְׁבוֹתִים *Et tranquillè collocabo eos, Zach. 10, 6. composita vox ex* הוֹשַׁבְתִּי *à* יָשַׁב, *& hinc* הֲשִׁבוֹתִי. Hoph. Præter. הוּשַׁב כַּסְפִּי *Redditum est argentum meum, Gen. 42, 28.* Partic. וְאֶת־הַכֶּסֶף הַמּוּשָׁב *Et pecuniam restitutam, Gen. 43, 12.* Futur. וַיּוּשַׁב *Et reductus est Moses, Exod. 10, 8.* (שׁוּב *Adhuc, Ampliùs, Præterea, Porrò, apud Rabbinos.*)

שׁוּבָה *f.* Reversio, Quies, *juxta quosdam, Jes. 30, 15.*

שִׁיבָה *Vide in* שִׁבָה.

שׁוֹבָב *m.* Aversus, *Jes. 57, 17.* Plural. בָּנִים שׁוֹבָבִים *Filii aversi, Jer. 3, 14.* Fœmin. הַבַּת הַשּׁוֹבֵבָה *O filia aversa,*

aversa, Jer. 31, 22. cum Tzere sub ב, *quasi à masc.* שׁוֹבֵב.

מְשֻׁבָה *f.* Aversa, *Jer.* 3, 12. *Et substantivè,* Aversio, *Jer.* 8, 5. Constr. מְשׁוּבַת פְּתָיִם *Perversitas fatuorum, Prov.* 1, 32. *juxta Chaldæum: vel juxta Aben Esram & R. Levi,* Requies, *otiosa prosperitas, quâ ad nova peccata subinde alliciuntur:* Aff. לִמְשׁוּבָתִי *Ad aversionem meam, Hos.* 11, 7. *id est, Propter aversionem à me, ubi Ab. Esra scribit:* משובה לעולם לגנאי *id est, Vocabulum* משובה *semper ignominiosè accipitur, id est, non conversionem in bonum, sed aversionem in malum significat.* Plur. מְשֻׁבֹתֵיהֶם *Aversiones ipsorum, Jer.* 5, 6.

תְּשׁוּבָה *f.* Reditus, Regressio, Responsio: Constr. לִתְשׁוּבַת הַשָּׁנָה *In reditu anni,* 2. *Sam.* 11, 11. *id est, Anno vertente:* Plur. cum Aff. וּתְשׁוּבֹתֵיכֶם *Et responsiones vestræ, Job.* 21, 34. *Rabbinis etiam est* Resipiscentia.

שׂוּב Canescere: Præter. זָקַנְתִּי וָשַׂבְתִּי *Senui & incanui,* 1. *Sam.* 12, 2.

שָׂב *masc.* Canus, *Job.* 15, 10. Chald. Plural Emphat. שְׁאֵלְנָא לְשָׂבַיָּא interrogavimus seniores illos, Esr. 5. v. 9. Construct. עַל שָׂבֵי יְהוּדָיֵא Super senes Judæorum, vers. 5.

שֵׂיב *m.* Canicies: Aff. מִשֵּׂיבוֹ *Propter caniciem ejus,* 1. *Reg* 14, 4. Fœm. מִפְּנֵי שֵׂיבָה תָּקוּם *Coram canicie assurgito, Lev.* 19, 32. Aff. אֶת שֵׂיבָתוֹ *Caniciem ejus,* 1. *Reg.* 2, 9. *Kimchi ad locum Samuelis scribit,* השיבה יותר מהזקנה Canicies plus est quàm senectus. *Nam ut in* פרקי אבות *Capitulis Patrum, c.* 5. *scribunt;* בן ששים לזקנה בן שבעים לשיבה Filius sexaginta annorum ad senectutem, filius septuaginta annorum ad caniciem pervenit. *Postea fit* יָשִׁישׁ *Decrepitus.*

* שׁוּג *Vide in* סוג.

* שׁוּר יָשׁוּר שׁוֹרֵר *Vide in* שָׁרַר.

שׂוּד Linere, Oblinere: Præterit. וְשַׂדְתָּ אוֹתָם בַּשִּׂיד *Et oblines eos calce, Deut. 27, 4.*

שִׂיד *m.* **Calx,** *ut in præced. loco, & Amos 2, 1.*

שָׁוָה Æquari, Adæquari, Æqualem esse: Utile esse, Prodesse, Convenire, Expedire. *Construitur cum Præpositione* ב *&* ל, Præter. וְלֹא שָׁוָה לִי *Et non profuerat mihi, Job. 33, 27.* Partic. וְלַמֶּלֶךְ אֵין שֹׁוֶה *Et regi non est utile, Esth. 3, 8.* Futur. פֶּן־תִּשְׁוֶה־לּוֹ *Ne adæquêris ei, Prov. 26, 4.* לֹא יִשְׁווּ־בָהּ *Non possunt æquari ei, Prov. 3, 15.* Niph. *Vide in Hithpahel.* Pih. שִׁוָּה Æquavit, Posuit, Composuit, Disposuit, Proposuit, *ex significatione Chaldaica:* Præt. שִׁוִּיתִי *Proponebam, Jes. 38, 13.* Partic. מְשַׁוֶּה רַגְלַי *Disponens pedes meos, 2. Sam. 22, 34.* Chald. Præter. עִם חֵיוְתָא שַׁוִּי Cum bestiis posuit, ad bestias applicuit, Dan. 5, 21. Hiph. Futur. מָה אַשְׁוֶה־לָּךְ *Quid æquabo tibi, Thren. 2, 13.* וְתַשְׁווּ *Et æquabitis, Jes. 46, 5.* Hithp. נִשְׁתָּוֶה *Æquatur, Proverb. 27 v. 15. forma composita ex Niphal & Hithpahel: Simile in* כַּפֵּר *Chald.* Futur. וּבַיְתֵהּ נְוָלִי יִשְׁתַּוֵּה Et domus ejus sterquilinium ponatur, Dan. 3, 29.

שׁוּחַ Inclinari, Propendere: Præterit. Fœminin. כִּי שָׁחָה אֶל מָוֶת בֵּיתָהּ *Nam propendet ad mortem domus ejus, Prov. 2, 18. R. Joseph à* שָׁחָה *deducit,* pro Deprimitur, Incurvat se, Inclinat ad mortem domus ejus, *sensu eodem, nihil obstante quòd sit penacutum. Atque sic manet convenientia generis inter Verbum, & Nomen* בַּיִת *quod semper masculinum est: si verò sit à* שׁוּחַ, *tunc est fœmininum, & genere discrepat à masculino* בַּיִת.

שׁוּחָה *f.* Fossa, Fovea, *Jer. 18, 20.* שׁוּחָה עֲמֻקָּה *Fossa profunda, Prov. 22, 14.* וְשׁוּחָה *Et fovea, Jer. 2, 6.*

שִׁיחָה *f.* Idem, *Psal. 57, 7.* Plural, שִׁיחוֹת *Ps. 119, 85.*

שׁוּחַר

שַׁחַת *f.* Fovea, *Psal.* 94, 13. *Sic ex formæ* רַחַת · נַחַת· *Vide infrà in* שָׁחַת·

שׂוּחַ Meditari, Eloqui *Tribuitur enim animo & ori.* Infin. לָשׂוּחַ *Ad meditandum, Gen.* 24, 63. *id est,* לְצַלָּאָה *Ad orandum, ut Chaldæus reddit.* Pih. Futur. אֲשׂוֹחֵחַ *Meditabor, Psal.* 143, *v.* 5. וְאֶת־דּוֹרוֹ מִי יְשׂוֹחֵחַ. *Generationem ejus quis eloquetur, Jesa.* 53, 8. Hiph. הֵשִׂיחַ Me · tari, Colloqui, Confabulari, Eloqui: Imper. שִׂיחַ לָאָרֶץ *Loquere ad terram, Alloquere terram, Job.* 12, 8. שִׂיחוּ *Colloquimini, Psal.* 105, *v.* 2. Futur. אָשִׂיחָה בְּמִצְוֹתֶיךָ *Meditabor præcepta tua, Psal.* 119, 78.

שִׂיחַ *m.* Meditatio, Colloquium: Querimonia, Querela, Oratio querula: כִּי שִׂיחַ לוֹ *Nam colloquium ipsi,* 1. *Reg.* 18, 27. Aff. שִׂיחוֹ *Meditationem vel orationem suam, Psal.* 102, 1. *Aliam significationem vide infrà suo loco proprio.*

שֵׂחַ *masc.* Idem: Aff. מַה־שֵּׂחוֹ *Quæ sit meditatio sua, Amos* 4, 13.

שִׂיחָה *f.* Idem, *Psal.* 119, 99. Aff. כָּל־הַיּוֹם שִׂיחָתִי *Totâ die meditatio mea, Psal.* 119, 99.

שׁוּט Itare, Circuire, Peragrare, Discurrere, Percurrere, Cursitare. Præter. שָׁטוּ הָעָם *Itabant populus, Num.* 11, 8. Infinit. מִשּׁוּט בָּאָרֶץ *A peragrando per terram, Job.* 1, 7. בְּשׁוֹט לָשׁוֹן *Quum discurrit lingua, scil. maledica, Job.* 5, 20. *Aben Esra, & R. Levi: aut, Quum flagellat lingua, significatione à Nomine* שׁוֹט *petitâ.* Imper. שׁוּט־נָא *Discurre nunc,* 2. *Sam.* 24, 2. Futur. וַיָּשֻׁטוּ *Et cùm discurrissent, vers.* 8. Pih. Particip. מְשׁוֹטְטִים *Peragrantes universam terram, Zach.* 4, 10. Imper. שׁוֹטְטוּ בְּחוּצוֹת *Percurrite plateas, Jer.* 5, *v.*1. Hithp. Imp. וְהִתְשׁוֹטַטְנָה בַּגְּדֵרוֹת *Cursitate per septa, Jer.* 49, 3.

שׁוֹט *m.* Flagellum, Scutica, *à Circumagendo:* שׁוֹט שׁוֹטֵף *Flagel-*

Flagellum inundans, Jeſ. 28, 15. *id eſt, Plaga erumpentis torrentis inſtar terram pervadens, R. Salom. ſcribitur autem cum* י, *ſed juxta Maſorethas legendum per Vau:* שׁוֹט לַסּוּס *Flagellum equo, Prov.* 26, *v.* 3. בְּשׁוֹט *vide in principio Radicis:* Plural. יִסַּר אֶתְכֶם בַּשּׁוֹטִים *Caſtigavit vos ſcuticis,* 1. *Reg.* 12, 11.

שׁוֹטֵט *m.* Idem, *Jeſ.* 23, 13.

שָׁט *m.* Remex, *qui remos agit.* Plural. הָיוּ שָׁטִים לָךְ *Fuerunt remiges tibi, Ezech.* 27, 8. הַשָּׁטִים אוֹתָךְ *Remiges tui, verſ.* 26. *Kimchio in lib. Rad. vult* אוֹתָךְ *idem hîc eſſe, quod antea* לָךְ pro, *Remiges tibi, id eſt, Remiges tui. In Comment. exponit* שֹׁאֲטִים *Depradantes, quomodo & Chaldæus explicat. Quidam volunt eſſe Particip. Kal,* Remis agentes te.

שַׁיִט *m.* Remus: אֳנִי־שַׁיִט *Navis remi, id eſt, impulſa remis, Jeſa.* 33, 21.

מָשׁוֹט *m.* Idem, *Ezech.* 27, 29.

מִשּׁוֹטִים *m. pl.* Remi: מִשּׁוֹטָיִךְ *Remos tuos, Ezech.* 27. *v.* 6. *Rabbini dicunt* מְשׁוֹטוֹת *ut Jon.* 1, 13. *in Aben Eſra & Kimchi.*

שׂוּט Declinare: Particip. שָׂט Declinans: Plural. Conſtr. וְשָׂטֵי כָזָב *Et declinantes ad mendacium, Pſal.* 40, 5.

שֵׂטִים *Vide in* שטה.

שׂוּךְ Sepivit, Obſepivit: Præter. שַׂכְתָּ בַעֲדוֹ *Septiviſti circa eum, Job.* 1, 10. Part. שָׂךְ אֶת־דַּרְכֵּךְ *Obſepio viam tuam, Hoſ.* 2, 6. Pih. Futur. תְּשֹׂכְכֵנִי *Vide in* סָכַךְ.

שׂוֹךְ *m.* Sepes: Aff. שֻׂכּוֹ *Sepem ſuam, Thren.* 2, 6. *cum Dageſch loco vocalis longæ: vel eſt à* סָכַךְ: *Vide illic.*

שׂוֹכָה *f.* Ramus, *à Sepimentis, quibus adhibetur:* Conſtr. שׂוֹכַת עֵצִים *Ramos arborũ, Jud.* 9, 48. Aff. שׂוֹכֹה *Ramũ ſuum*

suum, v. 49. *contractè pro* שׁוֹכָתוֹ, *cui simile vide in* צוּר *in fine Radicis.*

מְשׂוּכָה,מְסוּכָה *f.* Sepimentum: מִמְּסוּכָה *Præ sepimento, Mich.* 7. *v.*4. Constr. כִּמְשֻׂכַת חָדֶק *Sicut sepimentum spinæ, hoc est, spinosum, Proverb.* 15. *v.* 19. Aff. מְשׂוּכָתוֹ *Sepem ejus, Jesa.* 5, 5.

שִׂכִּים *m. p.* Vepres, Spinæ, *à Sepimentis; Dagesch autem est euphonicum loco vocalis longæ, pro* שִׂיכִים, *aut Radix ponenda* שָׂכַךְ. Fœminin. בְּשֻׂכּוֹת Spinis; *Metaphoricè* Hamis, Hapagonibus; *Job.* 40. 26. *& sic alia Spinarum vocabula ad hamos transferuntur, ut est in* סִיר *&* חוֹחַ.

שׁוּל *m.* Fimbria: Plural. Constr. עַל־שׁוּלֵי הַמְּעִיל *Super fimbrias pallii, Exod.* 28, 34. Aff. עַל־שׁוּלָיו *Super fimbrias ejus, v.*33.

שׁוּם *m.* Allium: Plural. וְאֶת־הַשּׁוּמִים *Et alliorum, Num.* 11, 5. שׁוּם *Chaldaicum vide in* שׂם.

שׂוּם Posuit, Apposuit, Composuit, Disposuit, Imposuit, Interposuit, Proposuit, Reposuit, Statuit, Constituit, Collocavit. *Construitur cum Accusativo & Præpositione* עַל, אֶל, ל, ב. Præt. שָׂם עַל שִׁכְמָהּ *Posuit super humerum ejus, Humero ejus imposuit, Gen.* 21, 14. וְשַׂמְתָּ *Et pones verba hæc* בְּפִיו *in ore ipsius, Exod.* 4, 15. Chald. Præterit. שָׂם Posuit Dan. 6, v. 14. שָׂמֵהּ Constituerat eum, Esr. 5, 14. שָׂמְתָּ טְעֵם Proposuisti edictum, Daniel. 3, 10. שָׂמֶת טְעֵם Constitui legem, Esr. 6, 12. Particip. Pahul sive Pehil, וּמִנִּי שִׂים טְעֵם A me igitur proponitur edictum, Dan. 3, 29. Imper. שִׂימוּ טְעֵם Proponite consilium, Esr. 4, 21. Hiph. Particip. מֵשִׂים *Apponens, Disponens, Job.* 4, 20. Infinit. לְבִלְתִּי שׂוּם *Non ponendo viro meo nomen, 2. Sam.* 14, 7. *hoc est, Non relinquendo nominis superstitem: Scribitur*

cum ו, *sed legendum per* י: *Deficit etiam Characteristica* ה *pro* הָשִׂים, *ut & in aliis fit, vide* גול. Et sic Imp. שִׂימוּ לֶחֶם *Apponite panem, Gen.* 43.31. *pro* הָשִׂימוּ. Hoph. Fut. וַיּשַׂם *Et appositum fuit, Gen.* 24. 33. *quod juxta Masorethas legendum* וַיּוּשַׂם; *Kibbutz autem posuerunt sub primo, ut admoneretur lector, sequens* י *esse per* ו *cum Schurek legendum, adeoq; differre ab altera forma sequentis vocis* וַיִּישֶׂם *Et repositus est, Genes.* 50. 26. *Masoretha notant, sic scriptum & sic legendum esse.* Chald. in Ithpehal. Particip. מִתְּשָׂם Apponitur, Esræ 5.8. Futur. טְעֵם יִתְּשָׂם Consilium constitutum sit, Esræ 4. v.21. נְוָלִי יִתְּשָׂמוּן Sterquilinium ponentur, Daniel. 2. 5. Ex Præterito Passivo Pehil est fœmin. שִׂמַת Positus est, Dan. 6. 17. unde & R. Saadias exponit pro Præterito *Hophal.* הוּשְׂמַת

תְּשׂוּמֶת *f.* Positio: בִּתְשׂוּמֶת יָד *De positione manus, Lev.* 5. *v.* 21. *i.e. juxta Chaldæum,* בְּשׁוּתָּפוּת יְדָא *De societate manus, hoc est, commercio, in quo manum suam posuit cum illo, ut unâ invicem negotientur. Et sic habet Aben Esra.*

שׁוּעַ Vociferari: Imper. ex forma Cholem, וְשֹׁעוּ *Et vociferamini, Jesa.* 29.9. Pih. שִׁוַּע, *Et frequenter construitur cum Præposit.* אֶל: Præter. שִׁוַּעְתִּי *Vocifeor, Psal.* 88.14. Particip. מְשַׁוֵּעַ *Vociferantem, Ps.* 72. 12. Infinit. בְּשַׁוְּעוֹ אֵלָיו *Cùm vociferatur ad ipsum, Ps.* 22.25. Hiph. הָשַׁע Illinere, Oblinere, Incrustare, *ex usu Chaldaico.* Imp. וְעֵינָיו הָשַׁע *Et oculos ejus illinito,* Jes. 6.10. *Jonathan* עַמְעֵם Obscurato. *In Targum pro Hebræo* טוּחַ *ponitur, Lev.* 14.42.43. *Vide &* שָׁעָה.

שֶׁוַע *m.* Vociferatio, Clamor: Aff. לְקוֹל שַׁוְעִי *Ad vocem clamoris mei, Psal.* 5.3.

שׁוּעַ *m.* Idem, *Job.* 30. 24. *& juxta aliam significationem,* Nobilitas: Dignitas, Divitiæ liberales: Aff. הֲיַעֲרֹךְ

שׁוּעֲךָ

שׁוּעֲךָ *An æstimabit nobilitatem tuam? Job.36.19. Aben Esra & R. Levi,* Divitias tuas.

שׁוֹעַ *m,* Vociferatio, *Jesa.22.5. Item* Liberalis, Nobilis, Dives; וְלְכִילַי לֹא יֵאָמֵר שׁוֹעַ *Et tenax non dicetur liberalis, Jesa.32.5. Aben Esra;* שׁוֹעַ *idem est quod* נָדִיב *Liberalis, & opponitur τῷ* כִּילַי *Tenaci: R. Salomon, scribit:* שׁוֹעַ *dicitur,* שהכל שועין ופונין אליו *Quia omnes Respiciunt & vultum convertunt in ipsum: Vide & Job.34.9.*

שַׁוְעָה *f.* Clamor, Vociferatio: Constr. שַׁוְעַת הָעִיר *Clamor civitatis,* 1. *Sam.5.v.12.* Aff. לְשַׁוְעָתִי *Ad clamorem meum, Thren.3.56.*

תְּשׁוּעָה *Vide in* ישע.

שׁוּף Contrivit: Futur. הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ *Ipsum conteret tibi caput,* וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב *Tu autem conteres ipsi calcaneum, Gen.3.v.15.* בִּשְׂעָרָה יְשׁוּפֵנִי *Turbine conteret me, Job.9,17. Et secundùm aliam significationem,* Abscondit, Obscuravit, *mutuatâ significatione à* נֶשֶׁף Crepusculum, Tenebræ. *Sic dicitur* מול *&* נמל *pro eodem.* Futur. אַךְ־חֹשֶׁךְ יְשׁוּפֵנִי *Utique tenebræ occultarent me, Psalm.* 139. 11.

שׁוּק Pih. שׁוֹקֵק Appetivit, Desideravit, Concupivit. Futur. וַתְּשֹׁקְקֶהָ *Et appetis eam, Psal.65.10. Vide ulterius in* שָׁקַק. Hiph. הֵשִׁיק Excurrit, Exundavit, Redundavit, Effluxit. Præterit. הֵשִׁקוּ הַיְקָבִים *Exundabunt lacus torcularium, Joël. 3.13. & 2.24.*

שׁוּק *m.* Platea, Vicus, Forum, *sic dicta, quòd homines illic concurrant & transcurrant, à* שָׁקַק *significatione mutuatâ,* עֹבֵר בַּשּׁוּק *Transiens per vicum, Proverb.7.v.8.* Plural. בַּשְּׁוָקִים *Per plateas, Cantic.3.2. Simile vide infrà in* שׁוּר.

שׁוֹק *f.* Armus, Crus: אֵת שׁוֹק הַיָּמִין *Armum dexterum, Exod.29.22. id est,* צַד יָמִין *lateris dextri: nam* שׁוֹק *fæ-*

minimum est : אֶת־הַשּׁוֹק וְהֶעָלֶיהָ *Armum & quod erat super ipsum,* 1.*Sam.*9,24.Dual. הָרִימוּ שֹׁקַיִם *Tollite crura, id est, cothurnos, cruralia ornamenta, juxta quosdam, Prov.* 26,7. וְעַל־הַשֹּׁקַיִם *Et in cruribus, Deut.*28,35. Constr. בְּשׁוֹקֵי הָאִישׁ *In cruribus viri, Psal.* 147, 10. Aff. שׁוֹקָיו *Crura ejus, Cant.* 5, 15.

שָׁק *m.* Chald. Idem: Plural. cum Aff. שָׁקוֹהִי Crura ejus, Dan. 2, 33.

שׁוֹקֵקָה *f.* Appetens, *Jes.* 29, 8.

תְּשׁוּקָה *f.* Appetitus: Aff. וְאֶל־אִישֵׁךְ תְּשׁוּקָתֵךְ *Et ad virum tuum erit appetitus tuus. Gen.*3,16. *Aben Esra,* Obedientia tua, *Viro tibi præcipienti obedies.*

שׁוּר Cantavit, Cecinit: *Item,* Contemplatus est, *quæ significatio etiam ad* שָׁרַר *referri possit.* Præter. שָׁר לַיהוָה *Cecinit Domino, Psal.* 7, 2. Part. שָׁר בַּשִּׁרִים *Canens cantica, Prov.*25,20. Plur. בְּקוֹל שָׁרִים וְשָׁרוֹת *Vocem cantorum & cantatricium,* 2.*Sā.*19,35. Aff. שָׁרוֹתַיִךְ *Cantatrices tuæ erant. Ezech.*27, 15. Imp. וְשׁוּר שְׁחָקִים *Et contemplare superiores nubes, Job.*35,5. Futur. אָשׁוּר *Contemplabor, Hos.* 13, 7. *ubi Masorethæ notant, non reperiri hanc vocem amplius cum Kametz. Et omne aliud* אַשּׁוּר *dagessatum est, ut R. Salomon monet ; nempe* אַשּׁוּר *Assyrius vel Assyria terra. Quare hic decepti LXX. Græci.* Semel in Cholem, יָשֹׁר עַל־אֲנָשִׁים *Contemplabitur homines, Job.*33.27. Pih. Præt. אֲשֶׁר שֹׁרְרוּ *Quod contemplati sunt, Job.*36,24. *juxta Aben Esram & R. Levi: Chaldæus,* Laudarunt Particip. וְהַשִּׁיר מְשׁוֹרֵר *Et canticum canebat,* 2.*Par.*29.28. *Canticum, pro Viro Cantici, id est, Cantore:* הַמְשׁוֹרֵר *Cantor,* 1.*Par.*6,33. Plural. מְשֹׁרְרִים וּמְשֹׁרְרוֹת *Cantores & cantatrices; Esr.*2,65. Futur. יְשׁוֹרֵר *Cantabit, Soph.*2,14. Hiph. Infin. לָשִׁיר *Ad cantandū,* 1.*Sam.*18,6. *scribitur cum* ו, *sed legitur per* י. Imp. שִׁירוּ לוֹ שִׁיר חָדָשׁ

Cantate

Cantate ei canticum novum, Psal. 33.3. Futur. אָשִׁיר עֻזֶּךָ *Canam fortitudinem tuam, Psalm.* 59.17. וַתָּשַׁר *Et cecinit Debora, Jud.* 5.1. *cum Pathach loco Sagol propter accentum ad penultimam retractum.*

שִׁיר *m.* Canticum, *ut Paulò antè*: Aff. שִׁירוֹ *Canticum ejus,* 1. *Reg.* 4.22. Plur. שִׁיר הַשִּׁירִים *Canticum canticorum Cant.* 1.1. *id est, Canticum præstantissimum:* Aff. שִׁירֵיכֶם *Cantica vestra, Amos* 8.10. Fœmin. שִׁירָה Idem, *Exod.* 15.*v.*1. Constr. שִׁירַת דּוֹדִי *Canticum dilecti mei, Jesa.* 5.*v.*1. Plural. שִׁירוֹת *Cantica, Amos.* 8.3.

שׁוּר *m.* Inimicus, *quasi Observator dictus, qui subinde observat & contemplatur, quibus malefaciat: Item* Murus, *ex usu Chaldaico: nam pro Hebræo* חוֹמָה *Targum habet* שׁוּר Plural. cum Aff. בְּשׁוּרָי *In inimicis meis, Psalm.* 92. *v.*12. אֲדַלֶּג שׁוּר *Transiliam murum,* 2. *Sam.* 22.30. Aff. בֵּין שׁוּרֹתָם *Inter muros suos, Job.* 24.11. Et cum Kametz sub שׁ עֲלוּ בְשָׁרוֹתֶיהָ *Ascendite in muros ejus, Jerem.* 5. 10. Chald. Plur. Emph. שׁוּרַיָּא Muri, Esr. 4. 12. 13. Item, אֻשַּׁרְנָא Muros istos, Esr. 5.3.9. cum א & נ formativis: De hoc vide in אָשַׁר.

שׁוֹר *masc.* Bos, *à terribili vel torvo Visu sic dictus, aut à forma Conspicua & insigni, ut R. Bechai notat Genes.* 2. *Collectivè,* Boves: וַיְהִי לִי שׁוֹר *Sunt mihi boves, Genes.* 32.*v.*5. עִקְּרוּ־שׁוֹר *Avulserunt boves, Genes.* 49.6. *nempe Sichemitarum,* Gen. 34. *Aben Esra* Murum, Aff. וְשׁוֹרוֹ *Bovem ejus Exod.* 20.17. Plural. שְׁוָרִים *Boves, Hos.* 12.11. *Similem formam vide in* חוֹחַ *&* דּוּר.

שָׁרוֹן *Vide in* שָׁרָה.

שׁוֹרֵר *m.* Inimicus: Plural. לְמַעַן שׁוֹרְרָי *Propter inimicos meos, Psalm.* 5. 9.

תְּשׁוּרָה *fæm.* Munus, Donum, *dignum propriè & Respectabile, quod magnati offertur, notat Rab. Salomon ex R.*

Menachemo. ותְשׁוּרָה אֵין לְהָבִיא *Et munus non est quod adducamus*, 1.*Sam*.9.7. *Aben Esra monet, ex significatione hujus nominis quosdam explicare Verbum,* וַתָּשֻׁרִי לַמֶּלֶךְ בַּשֶּׁמֶן *Et munera defers ad regem cum unguentis, quibus scilicet terra Israel abundabat, adeoque aliò deportabantur, Jesa.* 57. 9.

שׂוּר Principatum tenuit vel gessit, Principem egit: *Construitur absolutè & cum Præpositione* עַל *&* אֶל. Infinit. בְּשׂוּרִי *Vide in Radic* סור. Futur. וַיָּשַׂר אֶל־מַלְאָךְ *Et principem se gessit cum angelo, Hos.*12. *v.*4. *id est, Luctando de principatu & victoria contendit*; וַיָּשַׂר *Et principatum tenuit Abimelech* עַל־יִשְׂרָאֵל *Super Israëlem, Jud.*9.*v*.22. יָשׂרוּ *Principatum tenebunt, Proverb*.8.16.*Jes*.32.1.*quæ omnia etiam à* שרר *esse possunt.* Hiph.Præter. הֵשִׂירוּ *Principes constituunt, Hos*. 8. 4.

שַׂר *m.* Princeps, *cum Pathach loco Kametz in singulari, ut & in aliis: In pausa majori habet Kametz*: הַשָּׂר *O Princeps*, 2.*Reg*.9.*v*.5. Plural. שָׂרִים *Principes*, 2.*Sam*.19.6. Constr. שָׂרֵי *Num*. 23.6. Aff. שָׂרֵיהֶם *Principes eorum, Jesa*.3.4. Fœmin. cum ' paragogico, שָׂרָתִי *Princeps, Thren*.1.*v*.1.*Similia vide in* גָּנַב *&* אָהַב: Plural. שָׂרוֹת *Principes fœminæ*, 1.*Reg*.11-3. Aff. וְשָׂרוֹתֵיהֶם *Et principes eorum, Jes*.49.23. *Quidam referunt ad* שָׂרַר.

שׂוֹרָה *f.* Principale: חִטָּה שׂוֹרָה *Triticum principale, id est, præstantissimum, Jes*. 28. 25.

מְשׂוּרָה *f.* Mensura, *quasi rerum dividendarum Domina & Princeps*, 1.*Par*.23.29. *Lev*.19. 35.

שׂוּשׂ Gavisus, Lætatus fuit: *Construitur absolutè & cum Præposit.* ב *&* עַל. Præterit. בַּאֲשֶׁר שָׂשׂ *Quemadmodum gavisus est Dominus* עֲלֵיכֶם *super vos, Deut*.28.63. וְשַׂשְׂתִּי בְעַמִּי *Et gavisus sum in populo meo, Jesa*.65.19. Hiph. Imper. שִׂישׂוּ *Gaudete, Jesa*. 65.18.

שָׂשׂוֹן *m.* Gaudium, *Jesa.* 35.10. Constru&. שְׂשׂוֹן יִשְׁעֶךָ *Gaudium salutis tuæ, Psalm.* 51.14.

מָשׂוֹשׂ *m.* Gaudium, *Jesa.* 32. 13. Const. וּמְשׂוֹשׂ חָתָן *Et gaudium sponsi, Jesa.* 62. 5. Aff. קִרְיַת מְשׂוֹשִׂי *Civitas gaudii mei, Jer.* 49. 25.

שׁוּת Posuit, Disposuit, Reposuit. Apposuit, Imposuit: *Construitur cum Accusat. & Præposit.* עַל ,אֶל ,ל ,ב *& aliis:* Præterit. שָׁת לִי *Reposuit mihi, Gen.* 4.25 וְלֹא־שָׁת לִבּוֹ גַּם־לָזֹאת *Et non apposuit animum suum etiam ad hoc, Exod.* 7. 23. כֹּל שַׁתָּה *Omnia, posuisti, Ps.* 8.7. כַּצֹּאן לִשְׁאוֹל שַׁתּוּ *Sicut pecudes ad sepulchrum disponunt eos, Psal.* 49.15. *pro, Disponuntur, dispositi sunt.* Hiph. Infin. לָשִׁית עִם־כַּלְבֵי צֹאנִי *Ponere cum canibus gregis mei, Job.* 30.1. Imperat. שִׁית לִבְּךָ לַעֲדָרִים *Appone animum tuum ad greges, Prov.* 27.23. Fut. אָשִׁית בְּיֵשַׁע *ponam in salute, Ps.* 12.6. תָּשִׁית לְרֹאשׁוֹ *Imposuisti capiti ejus, Psal.* 21.4. Hoph. Futur. יוּשַׁת עָלָיו *Impositum fuerit ei, Exod.* 21.30.

שִׁית *m.* Ornatus, Ornamentum: *ab impositione vel Compositione, Prov.* 7. 10. *Psal.* 73. 6.

שֵׁת *m.* Nates, *quasi Positivum dicas, quòd homo sessurus, se in eam partem Ponat:* וַחֲשׂוּפַי שֵׁת *Etiam denudatos nate vel natibus, Jesa.* 20.4. Plural. cum Aff. עַד־שְׁתוֹתֵיהֶם *Usque ad nates ipsorum,* 2. *Sam.* 10. 4.

שֵׁת Chald. vide suo loco in שׁת.

שָׁתוֹת *f. p.* Fundamenta, *Psal.* 11. *v.* 3. Aff. שָׁתוֹתֶיהָ *Fundamenta ejus, Jesa.* 19.20. *id est, Consilia prava adversus alios inita.*

שֵׁיזִב Chald. in Pahel *Liberavit, Eripuit:* Præteritum, וְשֵׁיזִב לְעַבְדוֹהִי Et eripuit servos suos, Dan. 3.28. & Chirek est loco Tzere, Particip. מְשֵׁיזִב Liberans, Dan. 6. 27. Infinit. cum Aff. לְשֵׁיזָבוּתָךְ Eri-

pere te, Dan.6.20. Futur. הוּא יְשֵׁיזְבִנָּךְ Ipſe eripiat te, Daniel.6.16. דִּי יְשֵׁיזְבִנְכוֹן Qui erepturus eſt vos, Dan. 3. 15.

שָׁזַף Contuitus eſt, Conſpexit: Præterit. שְׁזָפַתּוּ *Qui contuebatur eum, Job.* 20. *verſ.* 9. *& ſic Job.* 28.7. שֶׁשְּׁזָפַתְנִי הַשָּׁמֶשׁ *Quòd contuitus me ſit ſol, Cant.*1. *verſ.* 16.

שזר מָשְׁזָר *maſc.* Contortum, Conduplicatum, *Exod.*26.1. *Sic Chaldæus* שְׁזִיר. *Et apud Rabbinos* חוּטִין שְׁזוּרִין *Fila duplicata, contorta.*

שָׁחַד Muneravit, Munus exhibuit. Imperativ. שִׁחֲדוּ בַעֲדִי *Munera exhibete propter me, Job.*6. *v.*22. Futur. וַתִּשְׁחֲדִי אוֹתָם *Et munerata es eos, Ezech.* 16. *verſ.* 33.

שֹׁחַד *m.*Munus, *Deut.*10.17. הַשֹּׁחַד יְעַוֵּר פִּקְחִים *Munus excæcat videntes, Exod.*23.8. *Hinc in malum ſumitur, pro eo quod datur corruptelæ cauſâ. Unde apud priſcos dictum:* מאי שוחד שהוא חד Quid eſt שוחד? quod facit חד unum? *dantem ſc. & accipientem. Etenim* כיון דקביל ליה שוחדא מיניה איקרבא ליה דעתיה לגביה והוי כגופיה quam primum accipit munus ab ipſo, tunc accedit animus ejus ad ipſum, & fit ſicut ille ipſe. *Kethubboth fol.*105,2.*Vide & R.Bechai, Deut.*16.19.*in principio Paraſchæ* שופטים.

שָׁחָה Abjecit, Proſtravit, Depreſſit, Inclinavit, Incurvavit ſe. Præter. juxta quoſdam, שָׁחָה אֶל מָוֶת בֵּיתָהּ *Inclinat ad mortem domus ejus, Prov.* 2. 18.*Si hinc eſt, tunc accentum irregulariter habet in penultima: ſi eſt à* שׁוּחַ *vel* שָׁחַח, *tunc eſt diſcrepantia generis. Nam* בית *maſculinum eſt. Vide* שׁוּחַ. Imper.Fœm. שְׁחִי *Abjice. Incurvate, Jeſa.*51,23.Hiph.Futur. יַשְׁחֶנָּה *Deprimit illam, Prov.*12,25. Hitpha. הִשְׁתַּחֲוָה Procubuit, Incur-

Incurvavit se adorandi vel honoris exhibendi causa; *unde Græci* προσκυνεῖν, *Latini interpretes plures* Adorare *exponunt. Tertia radicalis mutata in* ו, *& superadditum aliud* ה. *Ista mutatio & aliâs fit, ut in* שַׁלְוָה *& Nomine* גַּאֲוָה *à* גָּאָה. *Sunt qui putant hac geminatione tertiæ radicalis, geminam incurvationem indicari, Corporis & Animi, Latriam scilicet & Duliam quam vocant. Plura Honoris exhibendi Verba sunt. Hoc totius corporis prostrationem in terram significat, ex more Orientalium. Vide* בָּרַךְ *& mox in Nomine. Construitur cum Præpositionibus* לְ ,אֶל ,עַל ,לִפְנֵי. Præter. וְהִשְׁתַּחֲוָה עַל־מִפְתַּן *Et incurvavit se in limine portæ, Ezech.46.2.* וְהִשְׁתַּחֲוִיתָ לָהֶם *Et incurvando te honorem exhibeas illis, Deuteron. 4,19.* Partic. Anomalum, מִשְׁתַּחֲוִיתֶם *Incurvant se orientem versùs ipsi soli, Ezech.8.v.16. ex Præterito & Participio compositum. Nam, scribit Kimchi in Comm. Propheta volebat dicere,* וְהֵמָּה מִשְׁתַּחֲוִים Et ipsi incurvabant se: *at aspectu commotus, sermonem illicò in interrogationem convertit, volens dicere,* וְאַתֶּם הִשְׁתַּחֲוִיתֶם *Vosne incurvatis vos?* Futur. וַיִּשְׁתַּחֲוֶה לוֹ *Et incurvabit se illi, 1.Reg.22, 54.* Hinc per Apocopam specialem, וַיִּשְׁתַּחוּ *Et incurvabit se pronus in terram usque, Genes. 18.v. 2. pro* וַיִּשְׁתַּחֲוּ, *sicut dicitur* וַיַּעַשׂ *pro* וַיַּעֲשֶׂה. *Et sic,* וַתִּשְׁתַּחוּ *Et incurvavit se terram, 2.Reg.4.v.37.* בֹּאוּ נִשְׁתַּחֲוֶה וְנִכְרָעָה וְנִבְרְכָה *Venite procumbamus, inclinemus caput. flectamus genua, Psalm.95. vers.6. ubi tria Honorum verba conjuncta.*

שְׁחוּת *fœm.* Fovea, Fossa, *quasi locus Depressus:* Aff. בִּשְׁחוּתוֹ *In foveam suam, Prov. 28.10.*

שְׁחִית *f.* Idem: Plural. cum Aff. בִּשְׁחִיתוֹתָם *In foveis ipsorum, Thren.4.20. Psalm.107.v.20. Sic* שְׁבִית *&* שְׁבוּת *Captivitas, à* שָׁבָה.

הִשְׁתַּחֲוָיָה *f.* Incurvatio: Aff. בְּהִשְׁתַּחֲוָיָתִי *In incurvatione mea. 2.Reg.5.18. id est, Dum me incurvo: habet enim usum infiniti: R.Salomon scribit Levit.26.1.* השתחויאה בפשוט ידיים ורגליים היא ואסרה התורה לעשות כך חוץ מן המקדש: *id est, Histachavaah* fit cum expansione manuum & pedum, unde prohibet Lex agere sic extra Sanctuarium.

שָׂחָה Natavit: Part. cum Infin. הַשֹּׂחֶה לִשְׂחוֹת *Natator ad natandum, Jesa.25.v.11.* Hiph. Futur. אַשְׂחֶה *Feci ut natet, Psal.6.7.*

שָׂחוּ Natatio: מֵי שָׂחוּ *Aquæ natationis, Ezech.4.7. id est, quas necesse erat natando trajicere, neque ampliùs propter altitudinem pede transiri poterant, R. Salomon: Estque nomen, ut* אָחוּ *ab* אחה.

שָׁחַח Curvari, Incurvari, Incurvare se, Deprimi, Dejici: *Convenit cum* שׁוּחַ & שָׁחָה. Præterit. וְשַׁח רוּם אֲנָשִׁים *Et deprimetur altitudo hominum, Jesa.2.11.*Fœmin. שַׁחוֹתִי ; שָׁחָה *Vide paulò antè in* שָׁחָה *Curvarem me, Psal.35.14.* שַׁחוּ רָעִים *Incurvant se mali, Prov.14.19.*Infin. שְׁחוֹחַ *Incurvando se, Jes.60.14.*Fut. יָשֹׁחַ *Incurvat se, Ps.10.10.*Niph.Futur. וַיִּשַּׁח אָדָם *Et incurvatus est homo, Jes.2.9.* תִּשַּׁח אִמְרָתֵךְ *Demissus prodeat sermo tuus, Jes.29.4.* וְיִשַּׁחוּ כָּל בְּנוֹת הַשִּׁיר *Et depri- mentur omnes filiæ cantici, Eccl.12.6. id est,* כָּל־הַשִּׁירִים *Omnia cantica; & sic concilianda discrepantia generis inter Verbum masc. & Nomen fœm.* Hiph. Præt. הֵשַׁח *Depressit, Jes.25.12.*Hitph.Futur. בִּי נַפְשִׁי תִשְׁתּוֹחָח *In me anima mea dejicit se, Psal.42.7.*Fœm. מַה־תִּשְׁתּוֹחֲחִי *Quid dejicis te, v.6.*

שַׁח *m.* Demissus, Humilis: וְשַׁח עֵינַיִם *Et humilem oculis, Job.22.29.*

שְׁחוֹחַ *mascul.* Demissio, Incurvatio: *Kimchi facit*

Nomen formæ גְּבֶרֶת. *Potest & Infinitivus esse. Vide antè.*

שָׁחַט Mactavit, jugulavit, *quod fit cultro acutissimo per jugulum animalis ducto & reducto, quos actus vocant* הֲלָכָה וַהֲבָאָה *Abitum & reditum.*Præter. וְשָׁחַט אֶת־בֶּן הַבָּקָר *Et jugulabit filium bovis, Lev.*1.5.*i.e. Juvencum subrumum:* וְשָׁחַטְתָּ אֶת הַפָּר *Et mactabis juvencū istum, Exod.*39.11.Infin.cum ה paragog. וְשַׁחֲטָה *Et ad jugulandum, Hos.*5.*v.*2. Niph. Futur. יִשָּׁחֵט לָהֶם *Jugulabitur ipsis, Num.*11.22.

שָׁחוּט *mascul.* Ductum, Tractum: זָהָב שָׁחוּט *Ex auro ducto,* 2.*Paralipom.* 9.*v.*5. *id est, Malleato, ductili, quod præ bonitate diduci potest, etiam in fila, unde* שָׁחוּט *dictum. Hebræi scribunt,* שֶׁנִּטְוֵית בְּחוּט *quod netur filo: Joma fol.*45. חֵץ שׁוֹחֵט *Sagitta tracta, Jerem.* 9. *vers.*8. *Acuta, polita, ducta per cotem. Legendum juxta Masorethas* שָׁחוּט.

שַׁחֲטָה *f.* Mactatio: *ut paulò antè. Potest enim & Nomen & Infinitivus esse.*

שְׁחִיטָה *f.* Jugulatio: Constr. עַל־שְׁחִיטַת הַפְּסָחִים *Jugulationi Paschatum,* 2.*Paral.*30.17.

שָׁחַט Expressit, *succum propriè vel humorem:* Futurum, וָאֶשְׂחַט אוֹתָם *Et expressi eas in calicem, Genes.*40.11.

שַׁחַל *m.* Leo ferox, *vel* immanis, *mediæ ætatis, Job.*4.10. שַׁחַל בַּדֶּרֶךְ *Leo ferox est in via, Proverb.* 26. 13. *Vide* ארה.

שְׁחֵלֶת *fœmin.* Onyx: *species aromatis, quæ ad suffitum adhibebatur, Exod.*30.*vers.*34. *Judæi German.* Nägelwurtz.

שחן שְׁחִין *mascul.* Ulcus, Inflammatio, Apostema, *Exod.*9.10. שְׁחַן *Chaldæis* Calere: *Et apud Rabbinos,* שנה שחונה Annus calidus.

שחס שָׁחִיס Sponte naſcens, *Jeſa.*37, 30. *idem quod* סָחִישׁ : *Vide illic.*

שחף שַׁחַף *m.* Æſalon, *accipitris ſpecies* : *Aliis* Larus, *avis immunda, Lev.*11, 16.

שַׁחֶפֶת *f.* Tabes, Phthiſis, *Levit.*26,16. *Deuter.* 28,22. *Eſt forma dageſſatæ* דַּלֶּקֶת.

שחף שְׁחִיף *m.* Tectorium : שְׁחִיף עֵץ *Tectorium ligni, id eſt, ligneum, Ezech.* 4. 16.

שחץ *m.* Fera : בְּנֵי שַׁחַץ *Filii feræ, id eſt, feræ juvenes, Job.*28.*v.*8. *Targum,* בְּנֵי אַרְיָון *Catuli leonum. legitur & Jobi* 41. *v.*25. *Sic & Talmudici inter Leonum nomina referunt, ut eſt in* ארה. *Sed & Pſal.*17.12.*pro Hebræo* כְּפִיר *in Regiis in Targum legitur* שַׁחְצָא.

שחק Contudit, Comminuit : Præterit. וְשָׁחַקְתָּ מִמֶּנָּה הָדֵק *Et contundes ex eo minutim, Exod.* 30. *verſ.* 36. אֲבָנִים שָׁחֲקוּ מַיִם *Lapides comminuunt aquæ, Job.* 14. 19

שַׁחַק *m.* Pulvis tenuiſſimus, *qui ſcil. ex contuſi one oritur & ſpargitur, Jeſa.*40.15.*Item,* Nubes ſuperior *tenuiſſima ſcil. & ſubtiliſſima,* Cœlum : וְעֵד בַּשַּׁחַק נֶאֱמָן *Et teſtis in cœlo fidelis, Pſ.*89, 38. Plural. שְׁחָקִים *Superiores nubes, Deut.*33,26. עָבֵי שְׁחָקִים *Nubes cœlorum, Pſ.*18. *v.*12. *Sic & Talmudicis inter cœli Nomina refertur. Vide infrà in* שָׁמַיִם *in Rad.* שם.

שחק Luſit : Riſit, Deriſit, Irriſit. *Conſtruitur cum. Præpoſit.* עַל *&* ל : Præter. שָׂחֲקוּ עָלַי *Rident ſuper me, Job.*30,1.Futur. אֶשְׂחַק אֲלֵיהֶם *Si riderem eos, Job.*29,24. *id eſt,* עֲלֵיהֶם *ſuper eos, vel, Jocarer cum eis:* יִשְׂחַק לוֹ *Ridet eum, Pſalm.*37,*verſ.*2.Pih.Particip. הֲלֹא מְשַׂחֵק אָנִי *Nonne rideo vel ludo ego, Prov.*26, 19. Plural. מְשַׂחֲקִים *Ludentes erant, ludentium more geſtiebant,* 2.*Sam.*6,5.Infin. לְשַׂחֶק־בּוֹ *Ludendo in eo, Pſ.*104. *v.*26.

v. 26. Hiph. Partic. מַשְׂחִיקִים עֲלֵיהֶם *Irridebant eos*, 1. *Par.* 30. 10.

שְׂחוֹק *m.* Ludus, Lusus, Risus, Derisio: הָיִיתִי שְׂחוֹק *Fui risus*, *Thren.* 3. 14.

מִשְׂחָק *m.* Idem, *Hab.* 1, 10.

שָׁחַר Denigrari, Nigrescere, Nigrum esse: Præterit. עוֹרִי שָׁחַר *Cutis mea denigrata est*, *Job.* 30, 30. Pih. שִׁחֵר Diluculo, Manè, Sedulò, Tempestivè, studiosè quærere, pervestigare: *à nomine* שַׁחַר *Aurora*, *quasi Aurorare vel Diluculare dicas:* Præter. שִׁחֲרוֹ מוּסָר *Manè quærit ipsi disciplinam*, *Proverb.* 12, 24. Particip. מְשַׁחֲרֵי לַטָּרֶף *A diluculo pervestigantes prædam*, *Job.* 24, 5. Infinit. לְשַׁחֵר פָּנֶיךָ *Studiosè quærendo faciem tuam*, *Proverb.* 7, 15. Futur. אֲשַׁחֲרֶךָּ *Tempestivè requiro te*, *Jes.* 26, 9.

שַׁחַר *m.* Aurora, *sic à Nigrore dicta, qui eam comitatur:* וּכְמוֹ הַשַּׁחַר עָלָה *Et quum aurora ascenderet*, *Gen.* 19. 15. Aff. לֹא תֵדְעִי שַׁחְרָהּ *Non scies auroram ejus*, *Jes.* 47, 11. *id est, exortum.*

שָׁחוֹר *m.* Niger, Nigrum, Nigricans: וְשֵׂעָר שָׁחוֹר *Et pilus nigricans*, *Levit.* 13, 31. Plur. סוּסִים שְׁחוֹרִים *Equi nigri*, *Zach.* 6, 2. Fœm. שְׁחוֹרָה אֲנִי *Nigra sum*, *Cant.* 1. 5. Plur. שְׁחֹרוֹת כָּעוֹרֵב *Nigri ut Corvus*, *Cant.* 5, 11.

שְׁחוֹר *m.* Nigredo, *Thren.* 4. 8.

שִׁיחוֹר Schichor, *nomen fluvii*, *Jos.* 13, 3. *Jer.* 2, 18.

שַׁחֲרוּת *f.* Juventa, *Eccles.* 11, 10.

שְׁחַרְחֹרֶת Nigra, Subnigra, *Cantic.* 1, 6.

מִשְׁחָר *m.* Aurora, *Psalm.* 110. 3.

שָׁחַת Pih. שִׁחֵת Corrupit, Perdidit, Peremit, Interfecit: Præter. כִּי שִׁחֵת עַמְּךָ *Quia corrupit populus tuus*, *scil. viam vel mores suos*, *Exod.* 32, 7. שִׁחֵת לוֹ *Corrupte agit sibi*, *Corrupit se*, *Deut.* 32, 5.

שחת

שִׁחֵת מִבְצָרָיִךְ *Perdet munitiones tuas, Jerem.48.v.18.* Infinit. לִפְנֵי שַׁחֵת *Antequam perdidisset, Genes.13.10.* Niph. Præter. נִשְׁחַת *Corruptum erat, Jerem. 13.v.7.* וְהִנֵּה נִשְׁחָתָה *Et ecce corrupta erat, Gen.6.v.12.* Hiph. Præt. הִשְׁחִית כָּל־בָּשָׂר *Corrupit omnis caro viam suam, Genes.6.v.12.* Particip. כִּי מַשְׁחִית *Quia perditurus est, Genes.19.14.* Hoph. Partic. וּמָקוֹר מָשְׁחָת *Et scaturigo corrupta, Prov.25.6. Masora notat duo esse cum Kametz: Ergo alterum.* וְזוֹבֵחַ מָשְׁחָת *Et sacrificat corruptum, Mal. 1.v. 14. quod in plerisque exemplaribus est cum Pathach, erit legendum cum Kametz.*

שַׁחַת *m.* Corruptio, *Psal.16.10.* Fovea, *quasi corruptionis locus, Psal.94.13.* Aff. בְּשַׁחְתָּם *In fovea illorum, Ezechiel. 19.4.*

שְׁחוּת שְׁחִיתָה *Vide suprà in* שְׁחָה.

שְׁחִיתָה Chald. *Corruptum:* מִלָּה כִדְבָה וּשְׁחִיתָה Verbum mendax & corruptum, Daniel. 2. v.9. atque ita est ex forma Pehil. Et substantivè, וְכָל־עִלָּה וּשְׁחִיתָה Et ullam occasionem aut corruptelam, Daniel. 6. v. 6.

מַשְׁחִית מַשְׁחֵת *masc.* Corrumpens, Perdens: *& substantivè,* Corruptio, Perditio, Internecio, Exitium, *Ezechiel.21.31.& 9.6.Exod.12.13.* Aff. כְּלִי מַשְׁחֵתוֹ *Instrumentum perditionis suæ, id est, lethiferum, Ezech.9.1.*

מָשְׁחָת *m.* Corruptum, *ut ante in Hophal: Item,* Corruptio, Corruptela: Aff. מָשְׁחָתָם *Corruptio eorum, Levit.22.25. Masora notat, Duo esse in duplici significatione: alterum vide in* משח, *ubi* מ *radicale est.*

מִשְׁחַת *m.* Corruptus: מִשְׁחַת מֵאִישׁ מַרְאֵהוּ *Corruptus est præ viro aspectus ejus, Jesa.52.14. id est, Non amplius virilem aut humanam speciem habet. Nomen Toar juxta Aben Esram.*

שָׂטָה Declinavit: Præter, וְאִם־לֹא שָׂטִית *Et si non declinasti, Num.*5. 19. Imp. שְׂטֵה מֵעָלָיו *Declina ab ea, Prov.*4.15. Futur. per Apocopen, אַל־יֵשְׂטְ *Ne declinet, Prov.* 7. 25.

שֵׂטִים *m.p.* Declinantes, *Hos.* 5. 2. Et cum Samech, סֵטִים *Psal.* 101. 3. *Singul. esse potest* שֵׂטֶה *formæ* רֵעֶה.

שָׁטַח Expandit: Præterit. וּשְׁטָחוּם *Et expandent ea, Jerem.* 8. 2. Infinit. cum Futur. וַיִּשְׁטְחוּ לָהֶם שָׁטוֹחַ *Et expanderunt eos sibi expandendo, Num.*11.32. Pih. Præter. שִׁטַּחְתִּי אֵלֶיךָ כַפָּי *Expandi ad te manus meas, Psal.* 88. 10.

מִשְׁטָח *m.* Expansio: Constr. מִשְׁטַח חֲרָמִים *Expansio sagenarum, Ezech.* 26. 5.

מִשְׁטוֹחַ *m.* Idem, *Ezech.* 47. 10.

שטט שִׁטָּה *m.* Cedrus, *aut ejus lectissima quædam species, Jes.*41. 19. Plur. שִׁטִּים *Exod.*25.5.

שָׂטַם Odit, Odio prosecutus est: Fut. וַיִּשְׂטֹם עֵשָׂו אֶת־יַעֲקֹב *Et odio prosecutus est Esau Jacobum, Genes.* 27. 41.

מַשְׂטֵמָה *f.* Odium, *Hos.* 9. 7. 8.

שָׂטַן Adversari, Odio habere: Part. Plur. Constr. שֹׂטְנֵי נַפְשִׁי *Adversantes animæ meæ, Psal.*71.13. Aff. שֹׂטְנַי *Adversantes mihi, Psal.*109.29. Futur. יִשְׂטְנוּנִי *Adversantur mihi, Psal.* 38. 21.

שָׂטָן *m.* Satan, Adversarius: *Spiritus malus, salutis hominum adversarius,* 1. *Reg.*5.4. *Job.*1.7.

שִׂטְנָה *f.* Adversatio; Accusatio, *Esr.*4.6.

שָׁטַף Exundavit, Præceps fuit Inundavit, Immersit, Immergendo abluit; Præterit. לֹא שָׁטַף בַּמָּיִם *Non immersit in aquas, Lev.*15.11. שָׁטַף וְעָבַר *Inundabit & transibit, Jes.*8.v.8. Particip. וְגֶשֶׁם שׁוֹטֵף *Et imber inundans,* Ezech, 13.13. Futurum, וְאֶשְׁטֹף דָּמַיִךְ

Et

*Et inundarem sanguinem tuum à te, Ezech.*16.9.*id est, Inundando eluerem.* Niph. Futur. יִשָּׁטֵף בַּמָּיִם *Immergitor in aquam, Lev.*15.12. הִשָּׁטֵף יִשָּׁטְפוּ *Inundatione inundabuntur, Dan.*11.22.Pyh.Præter. וְשֻׁטַּף בַּמָּיִם *Et immergetur in aquam. Levit.*6.29.

שֶׁטֶף, שֵׁטֶף *m.* Inundatio, *Psal.*32.6.*Nah.*1.8.

שטר שֹׁטֵר *masc.* Moderator, *Præfectus & Curator negotiorum publicorum: Sæpè conjungitur Nomini* שֹׁפֵט Judex, *unde scribunt Hebræi,* שֹׁפֵט *esse, qui simpliciter judicat & sententiam pronunciat;* שׁוֹטֵר *Executorem qui judicatum exequitur, & refractorios cogit obedire sententiæ judicis. Majmon in princip. Sanhedrin:* שופטים אלו הדיינים הקבועים בבית דין שטרים אלו בעלי מקל ורצועה והם עומדים לפני הדיינים וכו׳ Schophetim *sunt ipsi judices fixi in domo judicii:* Schoterim *sunt gestãtes virgam & lorum, stantes coram judicibus, circumeuntes per urbem, omnia ordinantes juxta decretum judicum. Hoc etiam faciebant* נֹגְשִׂים Exactores, *quorum tamen officium latius extendebatur.* שֹׁטֵר וּמֹשֵׁל *Moderator & dominator, Prov.*6,7. Plural. שֹׁטְרִים *Moderatores, Deut.* 1,15. Constr. אֶת־שֹׁטְרֵי הָעָם *Moderatoribus populi, Jos.*1, 10. Aff. וְאֶת־שֹׁטְרָיו *Et moderatoribus ejus, Exod.*5,6.

שְׂטַר Chald. *Dominatus:* וְלִשְׂטַר־חַד Et dominatum unum erexit, Dan. 7, 5. Hebræi legunt per Sin, vel Samech, לְסְטַר At latus unum erexit, scil. regnum: Aben Esra, ולְצַד אֶחָד הוּקְמָה Et ad latus unum erectum est.

מִשְׁטָר *m.* Gubernatio, Dominatus: Aff. מִשְׁטָרוֹ *Dominatum ejus, Job.*38, 33.

שי שַׁי *m.* Munus: יוֹבִילוּ שַׁי *Afferant munus, Psal,*76, 12. יוּבַל שַׁי *Adducetur munus, Jes.* 18, 7.

* שִׂיג *Vide in* נָשַׂג.

שִׂיחַ *m.* Stirps, Frutex, *Gen.* 2, 5. Plur. בֵּין־שִׂיחִים *Inter stirpes, Job.* 30, 7.

* **שִׁילֹה שִׁיל** *vide in* שָׁלָה.

שִׁין שֵׁינִים *m. p.* Urinæ: Aff. שֵׁינֵיהֶם *Urinas suas,* 2. *Reg.* 18, 27. *Jes.* 36, 12. *cujus singulare possit esse* שַׁיִן *forma* זַיִת. *Est verò hoc vocabulum apud Hebræos in sermone vulgato obscœnum, unde Masorethæ honestatis causâ legendum substituerunt (ut & Chaldæus transtulit)* מֵימֵי רַגְלֵיהֶם Aquas pedum suorum, *quarum vocum vocales præcedenti dictioni subjecerunt, hoc modo,* שֵׁינֵיהֶם. *Vide quoque in* חרר.

שִׁיצִיא Chald. *Perfici, Consummari, Finiri:* Præter. וְשֵׁיצִיא בַּיְתָה דְנָה Et perfecta vel finita est domus ista, Esr. 6, v. 15. א juxta Masorethas redundat. In Targum etiam est *Perdidit.*

שִׁיר שֵׁירוֹת *f. p.* Catenulæ, *Jesa.* 3, 19. *Chaldæum & generale: Sic hoc loco in Targum,* שֵׁירֵי יְדַיָּא *Catenæ manuum. Et v. seq.* שֵׁירֵי רַגְלַיָּא *Catenæ pedum, pro Ornamentis manuum & pedum.*

שַׁיִשׁ *m.* Marmor, 1. *Paral.* 29, 2. Contractè, שֵׁשׁ, *Esth.* 1, 6. *Usus ejus in Templo fuit ad columnas, mensuras & pavimentum, scribit R. Salomon. Chaldæus dicit* מַרְמְרָא, *ut* עַמּוּדֵי מַרְמְרִין *Columnæ marmoreæ, Esth.* 1.

שַׁיִת *m.* Vepres, Vepretum, *Jes.* 27, 4. & 7. 23. Aff. שִׁיתוֹ *Vepres ejus, Jesa.* 10, 17. *cum Chirek.*

שָׁכַב Jacere, Cubare, Accumbere, Concumbere, Decumb. Incumb. Occumb. Recumbere. *Construitur cum variis Præpositionibus,* עִם, עַל, אֵת, אֵצֶל, ל, ב. Præt. שָׁכַב *Concubuerit unus ex hoc populo* אֶת־אִשְׁתֶּךָ *cum uxore tua, Genes.* 26, *vers.* 10. וְשָׁכַב אִישׁ אֹתָהּ *Et concubuerit quis cum ea, Numer.* 5, *vers.* 13. וְשָׁכַבְתָּ אֶת אֲבוֹתֶיךָ *Et occubueris cum*

patribus tuis, 2. *Sam.* 7, 12. Part. וְהַשֹּׁכֵב *Et qui cubuerit in ea domo, Levit* 14, 47. Niph. *Vide in* שָׁגַל Pyh. *vide ibid.* Hiph. הִשְׁכִּיב Jacere vel cubare fecit, Collocavit, Depoſuit, Dejecit, Proſtravit: Præterit. וְהִשְׁכַּבְתִּים לָבֶטַח *Et cubare faciam eos ſecure, Hoſ.* 2, 18. Infin. הַשְׁכֵּב אוֹתָם *Dejiciendo eos*, 2. *Sam.* 8, 2. Futur. וְנִבְלֵי שָׁמַיִם מִי יַשְׁכִּיב *Et utres cœli quis proſternet? Job.* 38, 37. *Kimchi*, Effundit. *Sic mox inter nomina.* Hoph. Præter. וְהָשְׁכַּב *Et proſtratus fuerit, Ezech.* 32, *v.* 32. Partic. מֻשְׁכָּב עַל־מִטָּתוֹ *Jacere factus, Collocatus in lecto ſuo*, 2. *Reg.* 4, *v.* 32. Infin. cum ה paragogico וְהָשְׁכְּבָה *Ut proſternaris, Ezech.* 32, 19.

שְׁכָבָה *f.* Cubatio: Cubatum, Stratum: Conſt. שִׁכְבַת הַטָּל *Cubatio, Stratum roris, id eſt, Ros ſtratus: vel juxta Kimchium*, Effuſio roris, *Exod.* 16, *v.* 13. שִׁכְבַת זֶרַע *Concubitus ſeminis, Levit.* 15, 17. *per hypallagen, pro, Semen concubitus, Kimchi*, Effuſio ſeminis.

שְׁכֹבֶת *fœm.* Idem: Affix. שְׁכָבְתּוֹ *Concubitum ſuum*, *Levit.* 20, 15.

מִשְׁכָּב *m.* Cubile, Cubatus: Stratum, Concubitus: מִשְׁכָּב וְסַפּוֹת *Cubatum & pelves*, 2. *Sam.* 17, 28. *id eſt, Cubilia, lectos, ſtrata.* Conſtr. מִשְׁכַּב זָכָר *Concubitum maris, Num.* 31, 18. וְהוּא שֹׁכֵב אֵת מִשְׁכַּב הַצָּהֳרָיִם *Et ipſe erat recumbens cubatu meridiano*, 2. *Sam.* 4, 5. *hoc eſt, Meridiabatur, Somnum meridianum capiebat*: Aff. לִשְׁכַּב בְּמִשְׁכָּבוֹ *Ut cubaret in lecto ſuo*, 2. *Sam.* 11, 13. Plur. Conſtr. מִשְׁכְּבֵי אָבִיךָ *Cubilia patris tui, Gen.* 49, 4. Fœm. יָנוּחוּ עַל־מִשְׁכְּבוֹתָם *Requieſcent in cubilibus ſuis, Jeſ.* 57, 2. Chald. עַל־מִשְׁכְּבָךְ In cubili tuo, Dan. 2, 28.

שְׂכָה Aſpicere, Proſpicere, Perſpicere. *Chaldaicum eſt. Nam pro Hebræo* הִשְׁקִיף *Chaldaicè dicitur*

dicitur in Ithpehal אִסְתְּכֵּי *per Samech. Ad animum relatum est* Imaginari, Cogitare.

שְׂכִיָּה *f.* Imago, Effigies, Figura, Pictura: Plurale, שְׂכִיּוֹת הַחֶמְדָּה. *Imagines desiderii, hoc est, desideratissimæ, Jesa.* 2, 16.

שֶׂכְוִי *masc.* Intellectus, Mens, *quasi Imaginatrix & Figuratrix dicta, quòd omnia Pervideat & cognoscat:* מִי נָתַן לַשֶּׂכְוִי בִינָה *Quis dedit menti intelligentiam? Job.* 38, 36. *Chaldæus* לְלִבָּא Cordi, Animo, *& sic Aben Esra. Vulgatus Latinus interpres*, Quis dedit gallo intelligentiam? *Ea interpretatio ex priscis Hebræis petita est, apud quos legitur:* R. Schimeon filius Lakis dixit: Cum peregrinarer in Africa, audivi quòd כַּלָּה Sponsam appellarent נִנְפֵּי Nimpham, & תַּרְנְגוֹל Gallum gallinaceum, שֶׂכְוִי. Unde hoc? inde quòd apud Jobum dicitur: Quis indidit בַּטֻּחוֹת præcordiis sapientiam? Quis dedit לַשֶּׂכְוִי (*id est*, לְתַרְנְגוֹל gallo gallinaceo) intelligentiam? *Cod. Rosch hasschana, cap.* 3. *fol.* 26. *Simile quid de Gallo observatum in* טָלַל: *Vide illic. Horum meminerunt R. Salomon & Ramban, id est, R. Mosche ben Nachman. Hinc etiam Judæi in precibus matutinis quotidie precantur:* Benedictus sit Dominus Deus noster, rex hujus mundi, אשר נתן לשכוי בינה qui dedit gallo gallinaceo intelligentiam: *nempe; Qui cantu suo est preco diei, & homines ad operas excitat, ideò non tantùm manè, quando surrexerunt, sed etiam ad gallicinia hanc preculam dicere debent. Præterea in Bereschit rabba, sectione* 25. *legitur:* בערביא צווחין לתרנגולא סכויא *In Arabia vocant gallum* סכויא.

מַשְׂכִּית *f.* Imago, Imaginatio, Cogitatio, Figura, Effigies: וְאֶבֶן מַשְׂכִּית *Et lapidem effigiei, id est, figura-*

tum, Lev. 26, 1. Aff. בְּחַדְרֵי מַשְׂכִּיתוֹ *In conclavibus picturæ suæ, hoc est, figuratis, Ezech.* 8, 12. מַבְשְׂכִּתוֹ *In imaginatione vel cogitatione ejus, Prov.* 18, 11. *R. Levi* : Plur. מַשְׂכִּיּוֹת לֵבָב *Imaginationes cordis, Psal.* 72, 7. בְּמַשְׂכִּיּוֹת כָּסֶף *Cum figuris argenteis, Prov.* 25, 11. Aff. כָּל־מַשְׂכִּיֹּתָם *Omnes effigies ipsorum, Numer.* 33, *vers.* 52.

שָׁכַח Oblivisci : *Construitur absolutè & cum Accusativo* : Præter. וְשָׁכַחְתָּ אֶת־יְהוָה *Et obliviscaris Domini Dei tui, Deut* 8, 14. הַשְׁכַחְתֶּם אֶת־רָעוֹת *An obliti estis malorum, Jerem* 44, 9. Niph. Præterit. כִּי נִשְׁכַּח זִכְרָם *Nam oblivioni tradita est memoria ipsorum, Eccl.* 9, 5. Pih Præterit. שִׁכַּח יְהוָה *Omninò obliviscitur Dominus, Thren.* 2, 6. *vel, Oblivisci fecit, Passus est oblivioni dari.* Hiph. Infinit. לְהַשְׁכִּיחַ אֶת־עַמִּי שְׁמִי *Ad oblivisci faciendum populum meum nominis mei, Jer.* 23, 27. Hithp. Futur. וְיִשְׁתַּכְּחוּ *Et oblivioni tradentur, Eccl,* 8, 10.

שָׁכֵחַ Obliviscens, Oblitus : Plural. הַשְּׁכֵחִים אֶת־הַר קָדְשִׁי *Obliviscentes montis sanctitatis meæ, Jes.* 65, 11. Constr. שְׁכֵחֵי אֱלֹהִים *Oblitæ Dei, Psal.* 9, 18.

שְׁכַח Chald. *Invenire* : Ithpeh Præter. הִשְׁתְּכַח Inventum est, Esræ 6, 2. Fœm. הִשְׁתְּכַחַת זָכוּ הִשְׁתְּכַחַת לִי Puritas inveniuntur apud me, Dan. 6, 22. וְהִשְׁתְּכַחַתְּ חַסִּיר Et inventus es deficiens, Dan. 5, 27 Aphel Præter. וְהַשְׁכַּחוּ Et invenerunt, Esr. 4. 19. לָהֵן הַשְׁכַּחְנָא Nisi inveniamus, Dan. 6, 5. הַשְׁכַּחַת גְּבַר Inveni virum, Dan. 2, 25. irregulariter pro הַשְׁכַּחַת. Infin. לְהַשְׁכָּחָה Invenire, Dan. 6, 4. Futur נְהַשְׁכַּח לְדָנִיֵּאל Iuveniemus contra Danielem, v. 5. וּתְהַשְׁכַּח Et invenies, Esr. 4, 15.

שָׁכַךְ Poni, Ponere se, *id est*, Sedari, Quietari, Quietum reddi, Quiescere. *Item*, Ponere, Ton-

Tendere laqueos vel retia. Præt. וַחֲמַת הַמֶּלֶךְ שָׁכָכָה *Et ira regis sedata est, Esth. 7, 10.* Infin. כְּשֹׁךְ *Quum sedata esset, Esth. 2, 1.* כְּשַׁךְ יְקוּשִׁים *Secundùm ponere aucupes, Ut tendentes aucupes, Jer. 5, 26.* Fut. וַיָּשֹׁכּוּ הַמָּיִם *Ut ponerent se aquæ, Ut quiescerent, Gen. 8, 1.* Hiph. Præterit. וַהֲשִׁכֹּתִי מֵעָלַי *Et seponam, faciam ut quiescant à me, Num 17, 5.*

* שָׂכַךְ *Vide in* סָכַךְ.

שָׁכֹל Orbatus fuit: Præter. כַּאֲשֶׁר שָׁכֹלְתִּי שָׁכָלְתִּי *Quum orbatus fuero, orbatus fuero, Gen. 43, 14. ubi duplex forma Præteriti, ex Cholem & Pathach. pro quo in posteriore est Kametz propter pausam.* Pih. שִׁכֵּל Orbare: Præter. שִׁכְּלָה נָשִׁים חַרְבֶּךָ *Orbavit mulieres gladius tuus, 1. Sam. 15, 33. Et juxta aliam significationem* Abortire וְעִזֶּיךָ לֹא שִׁכֵּלוּ *Et capræ tuæ non abortiverunt, Gen. 31, 38. Sic Job. 21, 10. Exod. 23, 26.* Hiph. Part. רֶחֶם מַשְׁכִּיל *Vulvam abortientem, Hos. 9, 14.* כְּגִבּוֹר מַשְׁכִּיל *Sicut potentis orbantis, Jer. 50, v. 9.*

שַׁכּוּל *m.* Orbatus, *2. Sam. 17, 8.* Fœm. וְשַׁכֻּלָה *Et orba, Cant. 4, 2.* Plural. נְשֵׁיהֶם שַׁכֻּלוֹת *Uxores ipsorum orbæ, Jer. 18, 21.*

שְׁכוֹל *m.* Orbitas, *Jes. 47, 8. 9.*

שִׁכֻּלִים *m. p.* Orbitates: Aff. בְּנֵי שִׁכֻּלָיִךְ *Filii orbitatum tuarum, Jes. 49, 20.*

אֶשְׁכּוֹל *m.* Botrus Bacca, *Cant. 1, 14. Num. 13, 24. 25.* Plur. כְּאֶשְׁכְּלוֹת הַגֶּפֶן *Sicut botri vitis, Cant. 7, 8.* Et cum Pathach ab initio, לְאַשְׁכֹּלוֹת *Botris, v. 7.* Aff. הִבְשִׁילוּ אַשְׁכְּלֹתֶיהָ *Maturescant botri ejus, Gen. 40, 10.*

שָׂכַל Secundari, Prosperari: Præter. שָׂכַל דָּוִד *Secundatus est David, 1. Samuel. 18, v. 30.* Pih. שִׂכֵּל Intelligere fecit, Intelligenter egit: שִׂכֵּל אֶת־יָדָיו *Intelligere fecit manus suas, Gen. 48, 14. id est, Sciens,*

scitè, consultò & de industria manus suas direxit. Hiph. הִשְׂכִּיל Intellexit, Intelligentiam habuit, adhibuit, vel consecutus est, Intelligentiâ imbutus, Intelligens factus fuit; Animadvertit, Attendit, Animum advertit: *Et activè*, Intelligentiâ imbuit, Erudiit, Instruxit, Informavit: *Item*, Secundatus, Prosperatus fuit: *& activè*, Secundavit: Præt. הִשְׂכִּיל *Instruxit me*, 1. *Par.* 28, 19. מִכָּל־מְלַמְּדַי הִשְׂכַּלְתִּי *Omnibus doctoribus meis intelligentior fio*, *Psal.* 119, 99. Part. לְכָל־דְּרָכָיו מַשְׂכִּיל *In omnibus viis suis secundus*, 1. *Sam.* 18, 14. מַשְׂכִּיל *Intelligens*, *Psalm.* 14, 2, Infin. לְהַשְׂכִּיל *Ad intelligendum*, *Gen* 3, 6, Futurum. אַשְׂכִּילְךָ *Erudiam te*, *Psalm.* 32, 8. Chald. in Ithpah. Particip. מִשְׂתַּכַּל הֲוֵית Animadvertens, Considerans eram, Dan. 7, 8.

שֵׂכֶל *masc.* Intellectus, Intelligentia, Prudentia: Secundatio Successus: שֵׂכֶל טוֹב *Successus optimus, Secundatio bona, Psal.* 111, 10. *Sic Prov.* 3, 4. *& aliâs, quando nomen* טוב *adjunctum habet, ut* [illegible]*ibusdam placet:* מִשֶּׂכֶל *Ab intellectu, Job.* 17, 4. Aff. לְפִי שִׂכְלוֹ *Pro ratione intellectus sui, Prov.* 12, 8. Plur. apud Rabbinos, שְׂכָלִים *Intelligentiæ, Mentes angelicæ.*

שִׂכְלוּת *f.* Prudentia, *juxta quosdam: Vide &* סכל.

הַשְׂכֵּל *m.* Intelligentia, *Nomen ex infinitivo, Prov* 1, 3. & 21, 16. Cum בְּהַשְׂכִּילִי *Cum intelligentia, Job.* 34, *vers.* 35.

מַשְׂכִּיל *m.* Intelligens, Prudens: *Item* Carmen erudiens, Ode didascalica, *in titulis Psalmorum.*

שָׂכְלְתָנוּ *f.* Chald *Intelligentia,* Dan. 5, 11. per Apocopam literæ ת Chaldæis frequentem.

שַׁכְלֵל Chald. in Pahel, *Perfecit, Absolvit: Est ab Hebræo* כָּלַל *per prosthesin literæ* ש *Chaldæis frequentem.* Præt. וְשׁוּרַיָּא שַׁכְלִלוּ Et muros perficiunt, Esr.

Esr. 4, 12. sic scribitur, sed legendum juxta Masorethas וְשׁוּרַיָּא שַׁכְלִלוּ: Aff. וְשַׁכְלְלֵהּ Et perfecerat eam, Esr. 5, 11. Infinit. לְשַׁכְלָלָה Ad perficiendum, vers. 3. Ithpah. Futur. יִשְׁתַּכְלְלוּן Perficiantur, Esr. 4, 16.

שָׁכַם Hiph. הִשְׁכִּים Matutinare, Diluculare *id est*, Manè, Matutino tempore, Maturè, Diluculo paratum aut expeditum esse, Parare vel expedire se. *Quandoque additur ipsi vocabulum* בֹּקֶר Manè; *quandoque etiam* קוּם Surgere, *unde non significat propriè Surgere, vel etiam Manè-surgere.* Præterit. וְהִשְׁכִּים *Et manè surgens*, 2. *Sam.* 15, *v.* 2. וְהִשְׁכִּים בַּבֹּקֶר *Et surgens manè*, *Job* 1, 5. Particip. כַּטַּל מַשְׁכִּים *Sicut ros matutinans*, *Hos.* 6, *v.* 4 *id est, manè cadens, matutinus.* Plur. מַשְׁכִּימֵי קוּם *Diluculantes surgere, id est, summo diluculo surgentes*, *Psalm.* 127, 2. Infin. הַשְׁכֵּם: Et semel, אַשְׁכֵּים *Manè surgendo*, *Jer.* 25, 3 *cum* א *loco* ה *ex forma Chald. cui simile vide in* בָּרַךְ *in Hiphil.*

שְׁכֶם *m.* Humerus, Dorsum, *Gen.* 9, 23. Pars, Portio, *Gen.* 48, 22. Tumulus, Agger, *Psal.* 21, 13. Aff. וַיֵּט שִׁכְמוֹ *Et inclinavit humerum suum*, *Gen.* 49, 15. Est & proprium nomen oppidi, Sichem, *Gen.* 12, 6. Hinc cum ה locali, שְׁכֶמָה *Sichemam versùs*: *Hos.* 6, 9. *vel, More Sichemitico, Exemplo Simeonis & Ruben*: שְׁכֶם אֶחָד *Humero uno*, *Sophon.* 3, 9.

שָׁכַן Habitavit, Inhabitavit, Degit, Mansit, Resedit, Commoratus est. *Construitur absolutè cum Accusat. & præposit.* ב, עַל, עִם. Præter. כִּי שָׁכַן עָלָיו הֶעָנָן *Quòd maneret super eo nubes*, *Exod* 40, 35. וְשָׁכַנְתִּי בְּתוֹכָם *Et habitem in medio illorum*, *Exod.* 25, 8. Particip. cum י paragogico, שֹׁכְנִי סְנֶה *Inhabitans rubum*, *Deut.* 33, 16. Chald. Futur. Fœminin. וּבְעַנְפוֹהִי יִשְׁכְּנָן Et in ramis ejus habitabunt, Dan. 4, 18. Pih.

Præt. שִׁכֵּן *Inhabitandum dederat, Collocaverat, Psal. 78, 60.* שִׁכַּנְתִּי *Feceram ut habitaret illic nomen meum, Jer. 7, 12.* Chald. Præter. דִּי שַׁכִּן שְׁמֵהּ תַּמָּה Cujus nomen habitat illic, vel, Qui fecit habitare nomen suum illic, Esr. 6, 12. Hiph. Præter. וְהִשְׁכַּנְתִּי עָלַיִךְ כָּל־עוֹף *Et faciam ut habitent super te omnes aves cœli, Ezech. 32, 4.*

שָׁכֵן *m.* Habitans, Habitator, Vicinus: טוֹב שָׁכֵן קָרוֹב מֵאָח רָחוֹק *Melior est vicinus propinquus, quàm frater longinquus, Prov. 27, 10.* Constr. שְׁכַן שֹׁמְרוֹן *Habitator Schomron, Hos. 10, 5.* Aff. וּשְׁכֵנוֹ *Et vicinum suum, Exod. 12, 4.* Plural. cum Aff. וְאֶל־כָּל־שְׁכֵנָיו *Et ad omnes vicinos ejus, Deut. 1, 7.* Fœm. שְׁכֵנָה *Vicina*: Aff. מִשְּׁכֶנְתָּהּ *A vicina sua, Esth. 3, 22.* Plural. הַשְּׁכֵנוֹת *Vicinæ, Ruth. 4, 17.*

מִשְׁכָּן *m.* Habitatio, Habitaculum, Tabernaculum; Constr. סָבִיב לְמִשְׁכַּן הָעֵדֻת *Circa tabernaculum testimonii, Num. 1, 53.* Aff. וְנָתַתִּי מִשְׁכָּנִי *Et ponam tabernaculum meum, Lev. 26, 11.* Plur Constr. מִשְׁכְּנֵי עֶלְיוֹן *Habitacula excelsi, Psal. 46, 5.* Fœm. מִשְׁכָּנוֹת & Constr. מִשְׁכְּנוֹת הָרֹעִים *Tabernacula pastorum, Cant. 1, 8.* Aff. מִשְׁכְּנֹתֶיךָ *Habitacula tua, Num. 24, 5.* Chald. מִשְׁכַּן unde cum Aff. מִשְׁכְּנֵהּ Habitaculum ejus, Esr. 7, 15.

שכן שַׂכִּין *masc.* Culter, Cultellus, *Prov. 23, 2. Chaldaicum est, & sæpius per* ס *effertur, unde apud Rabbinos vulgatum,* סַכִּין בְּיַד שׁוֹטֶה סַכָּנָה Culter in manu stulti, periculum est.

שָׁכַר Inebriari: Præt. שָׁכְרוּ וְלֹא יַיִן *Inebriantur, at non vino, Jes. 29, 9.* Imper. שְׁתוּ וְשִׁכְרוּ *Bibite & inebriamini, Cant. 5, 1.* Pih. Part. מְשַׁכֶּרֶת כָּל־הָאָרֶץ *Inebrians omnem terram,* Jer. 51, 7. Hiph. Præt. וְהִשְׁכַּרְתִּי שָׂרֶיהָ *Et inebriabo principes ejus, Jer. 51, 57.* Hithp. Futur. עַד־מָתַי תִּשְׁתַּכָּרִין *Usquequò ebriam ages? 1. Sam. 1, 14.*

שֵׁכָר *masc.* Inebriativum, Inebrians potus, *qui Græcè hinc vocatus* σικέρα, *Latinis,* Sicera. *A vino communi distinguitur, Lev,10,9. Num. 6, 3. & alibi. Vinum tamen etiam comprehendere, liquet ex Num.28,7. ubi ad Libamen adhibitum,cui aliâs vinum attributum. Inde Onkelos Chald, hîc & alibi plerumque reddit* חֲמַר עַתִּיק Vinum forte vetus, *cui* Vinum novum *opponitur : ut ubi Hebr. est,* מִיַּיִן וְשֵׁכָר יַזִּיר A vino & sicera abstineto ; Chald. מֵחֲמַר חֲדַת וְעַתִּיק A vino novo & veteri. *Sic Deut.*14, 26.*&*29,5 .*Vetus autem fortitudine & generositate commendari solet. Aben Esra scribit Deut.*14.*esse Potum fortem factitium, ex melle & dactylis, aut tritico & hordeo. In Midrasch* 1. *Sam.* 1, 15. *ad illud,* יַיִן וְשֵׁכָר לֹא שָׁתִיתִי *notatur :* יין זה חרש ושכר זה ישן סוח וסוח לא שתיתי *id est, Jaijn,* est vinum novum : *Sechar,* est vinum vetus, neque de hoc, neque de illo bibi. *Sic ibid. Chald. At, inquit Kimchi ibid. rectius est, ut* שֵׁכָר *sit potus factus ex fructibus. Huc respexit D. Hieronymus scribens ad Nepotianum :* Sicera, *inquit,* Hebræo sermone omnis potio nominatur, quæ inebriare potest, sive illa quæ frumento conficitur, sive pomorum succo : aut cum favi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem : aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem : coctisque frugibus aqua pinguior coloratur.

שִׁכֹּר *m.* Ebrius, 1. *Sam.* 25, 36. Plur. שִׁכֹּרִים *Joël.* 1, 5. Constr. שִׁכֹּרֵי *Ebriis, Jes.*28,1. Fœm. לְשִׁכֹּרָה *Pro ebria,* 1. *Sam.* 1, 13.

שִׁכָּרוֹן *m.* Ebrietas, *Ezech.* 39, 19.

אֶשְׁכָּר *m.* Donarium, Munus, *Psal.* 72, 10. Aff. אֶשְׁכָּרֵךְ *Donarium tuum, Ezech.* 27, 15. *Chald.* דוֹרוֹן Donum, *exponit.*

שָׂכַר Mercede conduxit, Mercedem dedit : Præter. שָׂכַר־עָלֵינוּ *Mercede conduxit adversus*

nos, 2. *Reg*. 7, 6. Part. שֹׂכֵר *Mercedem dans*, *Prov*. 26, 10. Niph. Præt נִשְׂכָּרוּ *Conducuntur*, 1. *Sam*. 2, *v*. 5. Hithp. Particip. וְהַמִּשְׂתַּכֵּר *Et qui mercedem operæ reportat*, *Hag*. 1, 6.

שָׂכִיר *m*. Mercenarius, Mercede conductus, *Exod*. 22, 15. Plur. Aff. שְׂכִירֶיהָ *Mercenarii ejus*, *Jer*. 46, 21. Fœm. שְׂכִירָה *Mercenaria*, *Jes*. 7, 20.

שָׂכָר *m*. Merces, *Num*. 18, 31. Constr. שְׂכַר הָאָדָם *Merces hominis*, *Zach*. 8, 10. Aff. תִתֵּן שְׂכָרוֹ *Dabis mercedem ejus*, *Deut*. 24, 15.

שֶׂכֶר *m*. Idem, *Prov*. 11, 17. *Vide &* סכר.

מַשְׂכֹּרֶת *f*. Idem: Aff. מַה־מַּשְׂכֻּרְתֶּךָ *Quæ sit merces tua*, *Gen*. 29, 15.

שֶׁל *Rabbinis est Articulus Genitivi casus*: *Hebraicè cum* ב *ab initio, est* Propter: בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל *Propter quod laborat homo*, *Eccles*. 8, 17. *id est*, בַּעֲבוּר *Aben Esra*: בְּשֶׁלִּי *Propter me*, *Jonæ* 1, 12. *id est*, בַּעֲבוּרִי: *Item*, בְּשֶׁלְּמִי *Propter quem*, *v*. 7. *id est*, בַּעֲבוּר מִי *vel* בַּאֲשֶׁר לְמִי *ut est*, *v*. 8. Et aliter, שַׁלָּמָה *Propter quid ? pro* בְּשֶׁלָּמָה *Cant*. 1, 7. At hoc, מִשֶּׁלָּנוּ *Ex nostris*, 2. *Reg*. 6, 11. *id est*, *ex simplici* שֶׁ *&* לָנוּ *& præposit*. מִן.

* שַׁלְאֲנָן *Vide suprà in* שאן.

שלב שְׁלַבִּים *m*. *p*. Gradus, Scalæ: *Metaphoricè*, Prominentiæ gradatæ; 1. *Reg*. 7, 28. Hinc Part. Pyh. מְשֻׁלָּב *Scalari formâ dispositum*. Plur. Fœm. מְשֻׁלָּבוֹת *Exod*, 26, 17. *&* 36, 22.

שֶׁלֶג *m*. Nix, *Psal*. 148, 8. מִשֶּׁלֶג אַלְבִּין *Nive candidior ero*, *Psal*. 51, 9.

הִשְׁלִיג Hiph. Nivescere Albescere: Futur. תַּשְׁלֵג *Nivesces*, *id est*, *Sicut nix albesces*, *Psal*. 68, 15.

שָׁלָה Tranquillum esse, Quiescere: *Tertia radicalis interdum in* ו *commutatur*. *Simile suprâ in*

in

in שחרה. Præter. לא שָׁלַוְתִּי *Non quiescebam, Job.* 3, 26. שָׁלוּ *Tranquilli sunt*, *Thren.* 1, 5. Infin. בְּשַׁלְוִי *Dum tranquillus essem ego*, *Psal.* 30, 7. *de quo vide etiam infrà inter Nomina.* Futur. יִשְׁלָיוּ *Tranquilli sint*, *Psal.* 122, 6. Niph. נִשְׁלָה Errare: Futur. אַל־תִּשָּׁלוּ *Ne erretis*, 2. *Paral.* 29, *v.* 11. Hiph. Futur. לֹא תַשְׁלֶה אֹתִי *Ne errare facias, Ne fallas me*, 2. *Reg.* 4, 28. יַשֶּׁל *vide in* נשל.

שָׁלֵיו שָׁלֵו *masc.* Tranquillus, *Job* 16, 12. & 21. 23. Et cum Scheva ab initio: שְׁלֵיו *Jerem.* 49, 31. Plural. Constr. שַׁלְוֵי עוֹלָם *Tranquilli seculi*, *Psal.* 73, 12. Fœm. שְׁלֵוָה *Tranquillæ, Zach.* 7, 7.

שְׁלֵה *m.* Chald. *Tranquillus*, Dan. 4. 1.

שָׁלוּ *fœm.* Chald. *Error*, Dan. 6, 5. Et cum He, שָׁלָה Dan. 3, 29.

שְׁלִי *m.* Tranquillitas, 2. *Sam.* 3, 27.

שַׁל *m.* Error, Imprudentia, 2. *Sam.* 6, 7.

שַׁלְוָה *f.* Tranquillitas, *Ps.* 122,7 Constr. וְשַׁלְוַת הַשְׁקֵט *Et tranquillitas quietis, hoc est, quieta, Ezech.* 16, 49. Aff. בְּשַׁלְוִי *In tranquillitate mea, Psalm.* 30, 7. Contractè pro בְּשַׁלְוָתִי *sicut & dicitur*, פִּשְׁתִּי *pro* פִּשְׁתָּתִי. *Possit & absolutum hujus fingi* שָׁלֶו.

שְׁלֵוָה *f.* Chald. *Tranquillitas*: Aff. לִשְׁלֵוְתָךְ Tranquillitati tuæ, Dan. 4, 24

שִׁלְיָה *fœm.* Secundina, Secundæ, *à Tranquillitate fœtus*: Aff. וּבְשִׁלְיָתָהּ *Etiam in secundas ipsius, Deut.* 28, *vers.* 27.

שִׁילוֹה *masc.* Schilo. *Quidam absolutum faciunt* שִׁיל Secundina: *Metonymicè*, Fœtus, Filius. Et cum Aff. ה loco ו, ut sæpè; עַד כִּי יָבֹא שִׁילֹה *Donec veniat filius ejus, Gen.* 49, 10. Filius, *Messias* ejus, *Jehudæ, ex stirpe Jehudæ natus. Aben Esra post varias vocis Schilo explicationes conclu-*

concludit, dicens: Aut denique שִׁילֹה idem eſt quod בְּנוֹ *Filius ejus,* & ה est loco ו ut in אָהֳלֹה *Tabernaculum ejus*, & multis aliis, idque ex ſignificatione Verbi in hoc loco, לֹא תַשְׁלֶה אֹתִי *Ne parere facito me,* 2. *Reg.* 4, 28. *id eſt,* לא תוליד *Ne facias ut pariam liberos, Ne des mihi liberos. Sic Jonathan paraphraſtes Chaldæus:* Donec veniat rex Meſſias, parvus filius ejus. *R. Bechai in Comm. ſuo in hunc locum ſcribit:* שִׁילֹה *id eſt,* בְּנוֹ שֶׁיּוּלַד מִשִּׁלְיַת אִשָּׁה כְּדֶרֶךְ כָּל־הַנּוֹלָדִים *Schilo, id eſt, Filius ejus, qui naſcetur ex ſecundis mulieris, juxta viam omnium qui naſcuntur:* eſtque vox deſumpta ex ſignificatione vocis בְּשִׁלְיָתָהּ *Deut.* 28, 57. Quod autem potiùs dicit שִׁילֹה quam בְּנוֹ eò innuit Jacob, ſe de Meſſia peculiariter loqui, *&c. Vel* ה *non eſt Affixum Pronomen, & vocatur Meſſias* κατ᾽ ἐξοχὴν Schilo, *quaſi Tranquillus & æternæ tranquillitatis author; aut quòd ſingulari modo ex Secundis tantùm, ſine viri operatione naſci debebat. Quòd autem Veteres Hebræi per Schilo Meſſiam intellexerint, docet triplex* Targum *ſive Paraphraſis Chaldaica, Onkeli, Jonathanis & Hieroſolymitana, in quibus legitur pro Schilo* Rex Meſſias. *Tum etiam* Talmudici, *ex quibus locus adductus eſt in Radice* ינן *Vide illic: & denique antiquiſſimus liber* Bereſchit rabba, *in quo ſcribitur,* שילה זה מלך המשיח Schilo eſt rex Meſſias. *Ex poſterioribus id approbarunt R. Salom. Kimchi, Bechai, & alii. At Meſſiam iſtum, Jeſum Chriſtum fuiſſe, omnes Judæi negant.* Cabaliſticum: *Literæ* יָבֹא שִׁילֹה *faciunt* 358. *Totidem* מָשִׁיחַ. *Id adducitur in Caskuni & in Pentateucho triplici Targum.*

שַׁלְהֶבֶת *Vide in* לַהַב.

שְׂלָו *f.* Coturnix, *Pſal.* 105, 40. *Exod.* 16, 13. Plur. שַׂלְוִים *Coturnices, Num.* 11, 31. *ab alia forma.*

שָׁלַח Misit, Emisit, Extendit, Immisit, Præmisit, Remisit, Transmisit: *Construitur cum Accusat. & præposit.* ב׳ ל׳ אֶל׳ עַל׳ Præter. שָׁלַח מֹשֶׁה עַבְדּוֹ *Misit Mosen servum suum, Psal.* 105, 26. אֲשֶׁר־שָׁלַחְתָּ אֵלַי *Quos miseras ad me, Num.* 24, 12. שָׁלַחְתִּי אֶת יָדִי *Extendi manum meam, Exod.* 9, 15. וּשְׁלַחְתֶּם בְּיָדָם *Et mittetis per manus eorum,* 2 *Sam.* 15, 36. *&c.* Chald. Præt. דִּי שְׁלַח Qui misit. Dan 3, 28. שְׁלַחוּ עֲלוֹהִי Miserunt ad eum, Esr. 5, 7. עַל־דְּנָה שְׁלַחְנָא Idcircò mittimus, Esr. 4 14 שְׁלַחְתּוּן עֲלֶינָא Misistis ad nos, v. 18. Pehil, שְׁלִיחַ Missus es, Mitteris, Esr. 7, 14. שְׁלִיחַ פַּסָּא Missa est pars illa manus, Dan. 5, 24. Futur. יִשְׁלַח עֲלֶינָא Mittat ad nos, Esr. 5, 17. דִּי יִשְׁלַח יְדֵהּ Qui extenderit manum suam, Esr. 6, 12. Niph. Infin. נִשְׁלוֹחַ *Mittendo, Esth.* 3, 13. *Similem formam vide supra in* שָׁאַל *& in* לָחַם. Pih. שִׁלַּח Dimittere, Ejicere, Expellere. Præt. וְלֹא שִׁלַּח אֶת־הָעָם *Et non dimisit populum, Exod* 9, 7. וְרַגְלַי שִׁלֵּחוּ *Et pedes meos expellunt, scil. loco firmo, & ad lapsum impellunt, Job.* 30, 12. Futur. וּפֶרַע לֹא יְשַׁלֵּחוּ *Et cæsariem non demittant, Ezech.* 44, 20. *id est, promissam habeant.* Pyh. Præter. שֻׁלַּח *Missus, Emissus, Dimissus fuit Obad.* 1. Partic. נַעַר מְשֻׁלָּח *Puer dimissus, Prov.* 29 15. *id est. sibi & suæ voluntati ac libidini permissus.* Hiph. Præt. וְהִשְׁלַחְתִּי בָכֶם *Nam immittam in vos, Levit* 26, 22.

שֶׁלַח *masc.* Missile, Missilia arma, 2. *Par* 32, 5. Gladius, Ensis, *è vagina emissus, Joël.* 2, 8. Aff. שִׁלְחוֹ *Missile suum, vel, Gladium suum,* 2. *Par.* 23, 10. Plural. Propagines: Aff שְׁלָחַיִךְ *Propagines tuæ, Cant.* 4, 13. *quasi Emissiones dicas.*

שִׁלּוּחַ *masc.* Munus, Donum *propriè quod Transmittitur:* Plur. שִׁלּוּחִים תִּתְּנִי *Dato munera, Mich.* 1, 14. וַיִּתְּנָהּ שִׁלֻּחִים *Et dedit eam pro Muneribus filiæ suæ,* 1. *Reg.* 9, 16. *Item,*

26. *Item*, Dimissiones: Aff. אַחַר שִׁלּוּחֶיהָ *Post dimissiones ejus*, *Exod.* 18, 2. *id est*, *Postquam dimisisset vel remisisset eam.*

שֻׁלְחָן *masc.* Mensa, *à ciborum Missione vel missis*: שֻׁלְחָן עָרוּךְ *Mensa instructa*, *Ezech.* 23, 41. Aff. מַאֲכַל שֻׁלְחָנוֹ *Cibus mensæ ejus*, 1. *Reg.* 10, 5. Plur. שֻׁלְחָנוֹת *Mensæ*, *Jes.* 28, 8. Constr. לְשֻׁלְחָנוֹת הַכָּסֶף *Pro mensis argenteis*, 1. *Par.* 28, 16.

שְׁלוּחוֹת *f. p.* Propagines: Aff. שְׁלוּחוֹתֶיהָ נִטְּשׁוּ *Propagines ejus evelluntur*, *Jes.* 16, 8.

מִשְׁלָח *m.* Extensio, Emissio: Constr. בְּכֹל מִשְׁלַח יֶדְכֶם *In omni extensione manus vestræ*, *Deut.* 12, 7. *id est*, *In omni re ad quam extenderitis manum vestram*: לְמִשְׁלַח שׁוֹר *Pro emissione bovis*, *Jes.* 7, 25. *id est*, *Loco pascuo in quem bos immittatur.*

מִשְׁלַח *m.* Missus, Missio, Immissio, *Jes.* 11, 14. וּמִשְׁלַח מָנוֹת *Et missu portionum*, *Esth.* 9, 19.

מִשְׁלַחַת *fœmin.* Missio, *Psalm.* 78, *vers.* 49. Missile, *Eccl.* 8, *v.* 8.

שָׁלַט Dominari, Dominium exercere, Dominium habere *Construitur cum Præposit.* עַל *&* ב: Præter. שָׁלַט הָאָדָם בְּאָדָם *Dominatur homo in hominem*, *Eccl.* 8, 9. שָׁלְטוּ עַל־הָעָם *Dominabantur in populo, super populum*, *Neh.* 5, 15. Chald. Præt. דִּי לָא שְׁלֵט נוּרָא Quòd non dominatus esset ignis, Dan. 3, 27. שְׁלִטוּ Dominati sunt: Dan. 6, 24. Futur. יִשְׁלַט, Daniel. 5, 7. תִּשְׁלַט בְּכָל־אַרְעָא Dominatur in tota terra, Dan. 2, 39. תִּשְׁלַט Dominaberis, Daniel. 5, 16. Hiph. הִשְׁלִיט Dominari fecit, Dominium concessit, Dominari sivit, Copiam vel potestatem fecit. Præt. וְהִשְׁלִיטוֹ *Et dominium, id est, copiam concessit ei*, *Eccl.* 5, 18. Fut. וְלֹא יַשְׁלִיטֶנּוּ *Et non facit copiam ipsi*, *Eccl.* 6, 2. וְאַל־תַּשְׁלֶט־בִּי *Ne sinas dominarii in me*, *Ps.* 119, *v.* 133.

vers. 133. Chald. Præterit. וְהַשְׁלְטָךְ Et dominatorem constituat te, Dan. 2, 38. וְהַשְׁלְטֵהּ Et dominatorem constituit eum, v. 48.

שַׁלִּיט *m* Dominator; Dominium, Potestatem habens, *Gen.* 42, 6 *Eccl.* 10, 5. Plural שַׁלִּיטִים *Dominatores*, *Eccl.* 7, 10. Fœm. שַׁלֶּטֶת *Dominatrix*, *Ezech.* 16, 30. Chald. וְשַׁלִּיט Aut Dominator, Dan. 2, 10 שַׁלִּיטָא דִּי־מַלְכָּא Dominatori regis, 15. לָא שַׁלִּיט Non copiam habens, Esr. 7, vers. 24. Plural. שַׁלִּיטִין Dominatores, Esr. 4, 20.

שִׁלְטוֹן *m.* Dominatio, *Eccles.* 8, 4. Chald. *Dominator.* Plural. Constr. וְכֹל שִׁלְטֹנֵי מְדִינָתָא Et omnes dominatores provinciarum, Dan. 3, 2. *R. Salomon scribit Zach.* 13, 7 *hoc nomen de Principibus Israëlis nunquam dici, neque in textu Hebræo, neque in Targum.*

שָׁלְטָן *masc.* Chald. *Dominium*, *Dominatus*: בְּכָל־שָׁלְטָן מַלְכוּתִי In toto dominatu regni mei, Dan. 6, 27. Aff. וְשָׁלְטָנֵהּ Et dominatus ejus, ibid. Vide & Dan. 9, 14. שָׁלְטָנְהוֹן Dominatus eorum, 7. 12. Plural. שָׁלְטָנַיָּא Dominatus, Dominatores, Dan. 7, 27.

שְׁלָטִים *mascul pl.* Scuta, Umbones, 2. *Sam.* 8, *v.* 7. Constr. שִׁלְטֵי *Cant.* 4, *vers.* 4. Aff. שִׁלְטֵיהֶם *Scuta sua*, *Ezech.* 27, 11.

שלך Hiph. הִשְׁלִיךְ Jecit, Abjecit, Conjecit, Dejecit, Disjecit, Injecit, Projecit. *Construitur cum Præpositione* ב ל מן אל על Præter. הִשְׁלִיךְ עָלָיו *Projecit super eum*, *Num.* 35, 20. Hoph. Præter. הָשְׁלַךְ & הֻשְׁלַךְ Abjectus, Dejectus, &c. fuit, *Dan.* 8, 11. *Jes.* 14, 19. Partic. מֻשְׁלָךְ *Projicietur ad te*, 1. *Sam.* 20, 21.

שָׁלָךְ **m.** Mergus, *avis sic dicta, quòd se ad capiendos pisces in aquam Dejiciat, Levit.* 11, 17.

שלבת

שַׁלֶּכֶת *f.* Nomen portæ Hierosolymis, à conjecta & accumulata terra, ad parandam viam regis, sic dicta, 1. *Paral.* 26, 16. *Jesa.* 6, 13. *Confer.* 1. *Reg.* 10, 5. 12. 2. 2. *Chron.* 9, 11.

שָׁלַל Spoliavit, Prædatus, Deprædatus est: Præt. וְשָׁלַל שְׁלָלָהּ *Et spoliet spolium ejus, Ezech.* 29, 19. שַׁלּוֹתָ *Spoliasti, Habac.* 2, 8. שֹׁל תָּשֹׁלּוּ־לָהּ *Spoliando spoliabitis ipsi, id est, relinquetis ipsi spolium, spicas scilicet quas colligat, Ruth.* 2. 17. Niph. Futur. יִשַּׁל *vide in* נָשַׁל Hithp. Præt. אֶשְׁתּוֹלְלוּ *In prædam dediderunt se, Psal.* 76, 6. *pro* הִתְ *ex usu Chaldaico: Simile vide in* חָבַר *in Hithpahel.* Partic. מִשְׁתּוֹלֵל *Prædæ exponit se, Jesa.* 59, 15. *R. Salom.* Aberrans, Vesanus, Stultus habetur, *& sic quoque præcedentem locum Psalmi explicat.*

שׁוֹלָל *m.* Spoliatus, *Mich.* 1, 8. *R. Salomon,* Aberrans, Vesanus, Insanum agens, *quasi* מְטוֹרָף מִדַּעְתּוֹ *Raptus & spoliatus mente suâ, ut Ab. Esra scribit: Sic* הַמּוֹלִיךְ יוֹעֲצִים שׁוֹלָל *Qui facit ut consiliariorum quisq; Amens, Demens fiat, Job.* 12, 17. 19.

שָׁלָל *m.* Præda, Spolium, *Gen* 49, 17. Constr. אֶת־שְׁלַל אֹיְבֶיךָ *Prædam inimicorum tuorum, Deut.* 20, 14. Aff. כָּל־שְׁלָלָהּ *Omnem prædam ejus, Ibid.*

שָׁלַם Compleri, Perfici: Pacem habere vel colere, Pace, Prosperitate frui, Pacem precari, *id est,* Salutare. Præter. וְשָׁלְמוּ *Et completi erunt dies luctus tui, Jes.* 60, 20. Partic. præsens, שׁוֹלְמִי *Pacem colenti mecum, Psal.* 7, 5. Infin. לִשְׁלוֹם *Ad salutandum,* 2. *Regum* 10, 13. Imp. וּשְׁלָם *Et pacem habeto, Job.* 22, 21. Chald. Part. Pehil. וְלָא שְׁלִים Necdum est perfecta sive absoluta, Esræ 5, vers. 16. Pih. שִׁלֵּם Perficere, Complere, 1. *Reg.* 9, 25. *Job.* 8, 6. *Item,* Solvere, Persolvere, Reddere, Rependere, Retribuere, Compensare: Præter. וְשִׁלַּם אִתּוֹ

Et

Et rependat illud, Lev. 6, 5. Partic. וּמְשַׁלֵּם עָוֹן *Et rependis iniquitatem, Jer,* 32, 18. Pyh. Partic. כִּמְשֻׁלָּם *Sicut perfectus, vel pacatus, vel, Cui perfectè retributum est, Jes.* 42, 19 Futur. יְשֻׁלַּם *Rependetur, Ps.* 65, *v.* 2. Hiph. וְכִי הִשְׁלִימוּ *Et quòd pacem fecissent, Jos.* 10, 1. *& sic* 1. *Reg.* 22, 45. Futur. יַשְׁלִים *Perficiet, Absolvet, Jes.* 44, 26. 28. Chald. Præter. וְהַשְׁלְמַהּ Et perfecit illud, Dan. 5, 26. Imper. הַשְׁלֵם Redde, Esr. 7. v. 19. Hoph. Præter. הָשְׁלְמָה לָךְ *Pacata efficietur tibi, Job.* 5, 23.

שִׁלֻּם שִׁלּוּם *m.* Retributio, *Mich.* 7, 3. *Hos.* 9, 7. Plur. שְׁנַת שִׁלּוּמִים *Annus retributionum, Jes.* 34, 8. Fœmin. Constr. וְשִׁלֻּמַת רְשָׁעִים *Et retributionem improborum videbitis, Psal.* 91, 8.

שִׁלֵּם *m.* Idem, *Deut.* 32, 35.

שָׁלֵם *m.* Integrum, Perfectum, Completum: Integer, Incolumis, *cujus res omnes integræ & salvæ sunt, Gen.* 33, 18. *Est urbis nomen,* Salem, *quæ postea* Jerusalem *dicta, Gen.* 14, 18. *Psal.* 76, 3. Plural. שְׁלֵמִים *Pacifici, Gen.* 34, 21. *Nah.* 1, 12. Fœmin. אֶבֶן שְׁלֵמָה *Lapis integer, id est, Pondus integrum, Deut.* 25, 15. Plur. אֲבָנִים שְׁלֵמוֹת *Lapidibus integris, Deut.* 27, 6.

שֶׁלֶם *m.* Sacrificium, Eucharisticum sive pacificum: *quod pro pace & incolumitate, salute ac beneficiis Deo offerebatur, Amos* 5, 22. Plural. זְבָחִים שְׁלָמִים *Sacrificia eucharistica, Exod.* 24, 5. אֶת־שְׁלָמֶיךָ *Eucharistica tua, Exod.* 20, 24.

שָׁלוֹם *m.* Pax, Prosperitas, Incolumitas, Integritas: שָׁלוֹם לָכֶם *Pax vobis sit, Gen.* 43, 23. *id est, Pacato & tranquillo sitis animo:* Constr. וְלִשְׁלוֹם הַמִּלְחָמָה *Et de pace belli,* 2. *Sam.* 11, 7. *i. e. De statu & prospero successu belli.* Aff. אַנְשֵׁי שְׁלוֹמֶךָ *Viri pacis tuæ, Jes.* 38, 22. Plur. הָגְלַת שְׁלוֹמִים *Deportabitur (civitas) pacatorum, id est,*

pacatissima, *Jer.* 13, 19. וְלִשִׁלּוּמִים *& pro retributionibus*, *Psal* 69, 23. Aff. בְּשְׁלוֹמָיו *In pacificos suos*, *Psal.* 55, 21. *id est*, *Colentes pacem secum*, Chald. שְׁלָם Pax, Esr 4, 17 שְׁלָמָא כֹּלָּא Pax omnis, Esr. 5, vers. 7. Aff. שְׁלָמְכוֹן Pax vestra, Dan. 3, 31.

שִׁלֻּמִים *m.* Retributiones, *Jes.* 1, 23.

שלם שַׂלְמָה *f.* Vestis, Vestimentum, *Exod.* 22, 9. Constr שַׂלְמַת רֵעֶךָ *Vestimentum proximi tui*, *Exod.* 22, 26. Aff. בְּשַׂלְמָתוֹ *In veste sua*, *Deut.* 24, 13. Plur. וּשְׂלָמוֹת *Et vestes veteres*, *Jos.* 9, 5. Aff. שַׂלְמוֹתַי *Vestimenta mea*, *Job.* 9, 31.

שלף Eduxit, Extraxit, Detraxit, Strinxit: *Ferè semper de gladio dicitur.* Præter. שָׁלַף הַנַּעַר חַרְבּוֹ *Strinxit puer gladium suum*, *Jud.* 8, 20. שֶׁקַּדְמַת שָׁלַף *Quæ antequam extrahat quis, scilicet falcem*, *Psal.* 129, v. 6.

שלש *f.* Tres: שָׁלוֹשׁ עָרִים *Tres civitates*, *Deut.* 19, 2 Constr. לִשְׁלֹשׁ הַשָּׁנִים *Pro tribus annis*, *quasi dicas*, *Pro ternario vel triade annorum*, *Lev* 25. v. 21. Masculin. שְׁלֹשָׁה; Et commun. שְׁלֹשֶׁת *Gen.* 7. v. 13. & 30, 36. Aff. שְׁלָשְׁתָּם *Tres illi*, *Num* 12, v. 4. Plural. שְׁלֹשִׁים *c.* Triginta, *Gen.* 5, 16. כִּשְׁלֹשִׁים אִישׁ *Quasi triginta viri*, 1. *Sam.* 9, 22.

שְׁלִישִׁי *m.* Tertius, *Gen.* 1. 13. Plur. שְׁלִשִׁים Tertii. Tertiani; *contractè pro* שְׁלִישִׁיִּם *Gen.* 6, 16. *Num.* 2, 24. Fœmin. שְׁלִישִׁית Tertia, Tertia pars, *Deut.* 26, v. 12. *Numer.* 15, 6. Cum ה paragico, שְׁלִישִׁתָה *Tertiâ*, *scil. vice*, *Ezech.* 21, 14. Aff. שְׁלִשְׁתֵּךְ *Tertia pars tui*, *Ezech.* 5, 12.

שְׁלִשִׁיָּה *f.* Tertia pars, *Jes.* 19, 24. עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה *Vitula trima*, *Jer.* 48, 34.

שִׁלֵּשִׁים *m. p.* Tertiani, *Tertiæ generationis nepotes*, Abnepotes, *Gen.* 50, 23. *Exod.* 34, 7.

שִׁלְשׁוֹם Dies tertius, Nudius tertius, *quasi ex* שְׁלֹשָׁה *&* יוֹם *compositum: Synecdochicè*, Antea, *Genes.* 31, 2. 1. *Sam.* 4, 7.

שָׁלִישׁ *m.* Tribunus, Dux, 2. *Reg.* 7, 3. Triens, Triental, *mensura*, *Ps.* 80, 6. *Jes.* 40, 12. Aff. שָׁלִישׁוֹ *Tribunus ejus*, 2. *Reg.* 15, 25. Plural. שָׁלִשִׁים *Tribuni, Duces*, *Ezech.* 23, 23. Et planè Defectivè, שָׁלִשִׁם *Exod.* 14, 7. *Et retinet semper Kametz ab initio, ad differentiam* שְׁלִישִׁים *de quo antè. Item* Pandura, *Instrumentum musicum Trium chordarum*: וּבְשָׁלִשִׁים *Et in pandurìs*, 1. *Sam.* 18, 6. Aff. מִבְחַר שָׁלִשָׁיו *Et delectus ducum ejus*, *Exod.* 15, 4.

שָׁלִישִׁי *m.* Tribunitius, 2. *Sam.* 23, 8.

מִשְׁלֹשׁ *m.* Tertiatio, *Gen.* 38, 24.

שִׁלֵּשׁ Pih. Tertiavit, Tripertitus fuit, Tertiò fecit, Triplicavit: וְשִׁלַּשְׁתָּ *Quum tripertitus fueris*, *Deut.* 19, 3. Imp. cum Fut. שַׁלֵּשׁוּ *Tertiò facite*, וַיְשַׁלֵּשׁוּ *Et tertiò fecerunt*, 1. *Reg.* 18, 34. Pyh. Part. אַיִל מְשֻׁלָּשׁ *Arietem triennem*, וְעֵז מְשֻׁלֶּשֶׁת *Et capram triennem*, *Gen.* 15, 9.

שֵׁם *m.* Nomen, *Gen.* 2, 11. אַנְשֵׁי הַשֵּׁם *Viri nominis*; *Genes.* 6, 4. *id est*, *Nominatissimi, Celeberrimi*: לִתְהִלָּה וּלְשֵׁם *In laudem & in nomen*, *Deut.* 26, 19. Aff. שְׁמוֹ *Nomen ejus*, *Gen.* 4, 25. שִׁמְךָ · שְׁמֶךָ *Nomen tuum*. שִׁמְכֶם *Nomen vestrum, &c.* Plur. שֵׁמוֹת *Nomina*, *Gen.* 2, 20. Constr. שְׁמוֹת *Exod.* 1, 1. Aff. שְׁמוֹתָם *Nomina illorum*, *Gen.* 25, 16. Chald. שֻׁם · שֵׁם; *sed cum Affixis*, ש *habet Scheva, ut Hebraicè*: בְּשֵׁם In nomine Dei Israëlis, Esr. 5, 1. כִּשְׁם אֱלָהִי *Juxta nomen Dei mei*, *Dan.* 4, 5. Aff. דִּי שְׁמֵהּ Cujus nomen erat, Dan. 4, 16. Plural. Fœmin. מַן־אִנּוּן שְׁמָהָת Quæ sunt nomina virorum istorum, Esr. 5, 4. Aff. שְׁמָהָתְהוֹם Nomina eorum, v. 10. *Apud Syros Radix est*, שַׁמֵּה *vel* שְׁמִי Nomen imposuit, Nominavit.

שָׁם Ibi, Illic, Illuc, Isthuc, Eò : Cum ה paragogico : אָשׁוּב שָׁמָּה *Redibo illuc, Job.* 1, 21. מִשָּׁם *Inde, Gen.* 2, 10. 2. *Reg.* 7, 2. *Aliquando sumitur pro* אָז Tunc: *Psal.* 36. *v. ult. Job.* 35, 12. *Psal.* 14, 5.

שָׁמַיִם *m. d.* Cœlum, Cœli. *Formam habet dualem, quasi à* מַיִם *ab* Aquis, *quæ duplices, Superiores & Inferiores. Hinc etiam compositum volunt; quasi ex* שָׁם Illic, מַיִם Aquæ, *scil. sunt vel subsistunt. Quidam à* שָׁאָה Stupere (*ut in Hithpahel significat*) & מַיִם, *quòd Stupendo modo aquæ illic suspensæ hæreant, donec Dei nutu demittantur: vel, Quia homines Obstupescunt de ejus opificio. Quidam ab* אֵשׁ & מַיִם *Ab* igne & aqua. *Utrumque Talmudici afferunt in Chagiga cap.* 2. *fol.* 12. *Et inde R. Bechai in principio Paraschæ* שופטים *scribit:* לפי שמים נבראו תחלה ונקראו שמים שהם אש ומים *Id est,* Cœli creati sunt ab initio, & vocantur שמים quia sunt אש & מים ignis & aquà. *In Bereschit rabba, Sectione quartâ legitur:* נטל הק״בה אש ומים ופתכן זה בזה ומהן נעשו שמים *id est,* Accepit Deus sanctus benedictus ignem & aquam, & permiscuit ista invicem, & ex illis facti sunt cœli, *Et mox* שמים שהבריות משתוממים עליהן לאמר : של מה הן של אש הן של מים הן אתמהא *Id est,* Cœli dicuntur, quòd homines obstupescunt de iis, dicentes, Ex quanam re sunt? ex igne sunt; ex aqua sunt : id mirabile est. *Talmudici tradunt antè citato loco, Septem esse cœli nomina:* וִילוֹן ,רָקִיעַ ,שְׁחָקִים ,זְבוּל ,מָעוֹן ,מָכוֹן ,עֲרָבוֹת. *Primum* וילון Velum, Aulæum, *in Scriptura non extat; Vide autem Jes.* 49, 22. *Reliqua vide suis locis. Porrò Aben Esra vult semper esse Duale & Affixum singulare, quòd ei respondet, Job.* 38, 33. *distributivè sumendum esse, respectu Cœli superioris & inferioris.* Assumit ה locale: *ut,* הַשָּׁמַיְמָה *Cœlum versùs, Gen.* 15, 5. Constr. שְׁמֵי הַשָּׁמַיִם *Cœli cœlorum, Psal.*

Psal. 148. 4. Aff. שָׁמָיו *Cœli ejus, Deut.* 33, 28. שָׁמֶיךָ *Cœli tui, Deut.* 28, 23. Chald. שְׁמַיָּא Cœlum, Cœli, Jer. 10, 11. Dan 2. דִּי שַׁלִּטִין שְׁמַיָּא Quod dominantur cœli, Dan. 4, 23 id est, Deus cœlos inhabitans. *Sic apud Rab. & Talm.* שָׁמַיִם *passim pro Deo ipso sumitur: & inde locutio,* E cœlo, an ab hominibus? *id est, A Deo, Matth.* 21, 25. *Sic,* Pater peccavi in cœlum & in tuo conspectu *Luc.* 15, 18.

* שְׂמאֹר *Vide infrà in* שמל.

שמד Hiph. הִשְׁמִיד Perdidit, Disperdidit: Præter, הִשְׁמִיד אֶת חֹרִי *Perdidit Choræos, Deut.* 2, 22. וְהִשְׁמַדְתִּי *Et perdam, Lev.* 26, 30. Chald. Inf. לְהַשְׁמָדָה Disperdendo, Dan. 7. 26. Niph. Præt. וְנִשְׁמַד *Et perdetur, Jer.* 28, 8. וְנִשְׁמַדְתִּי *Et perdar ego, Gen.* 34, 30.

שמח Lætatus, Lætus, Hilaris fuit: *Metaphoricè,* Claruit, Luxit, *Prov.* 13, 9 *unde & Lucis nomine sæpè Læta & prospera significantur, ut Esth.* 8, 16. *Construitur cum Præposit.* ב, ל, מִן, אֶל, עַל, לִפְנֵי. Præt. וְשָׂמַח בְּלִבּוֹ *Et lætabitur in corde suo, Exod.* 4, 14 שָׂמְחוּ לְךָ *Lætatæ sunt de te, Jes* 14, 8. Pih. שִׂמַּח Lætificavit, Lætitiâ affecit: Exhilaravit: Præt. וְשִׂמַּח אֶת־אִשְׁתּוֹ *Et exhilaret uxorem suam, Deut.* 24, 5. וְשִׂמַּחְתִּים מִיגוֹנָם. *Et lætificabo eos à mœstitia ipsorum, Jer.* 31, 13. Hiph, Præterit, הִשְׂמַחְתָּ *Lætificasti, Psal.* 89, 43.

שָׂמֵחַ *m.* Lætans, Lætus, Hilaris, *Prov.* 15, 13. Plural. שְׂמֵחִים *Læti,* 1. *Reg.* 1, 45. Construct. שִׂמְחֵי & שְׂמֵחֵי *Jes.* 24, 7. *Psal.* 35, 26.

שִׂמְחָה *f.* Lætitia: Constr. בְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר *Secundùm lætitiam in messe, Jes.* 9, 3. Aff. רֹאשׁ שִׂמְחָתִי *Caput lætitiæ meæ, Psal.* 137, 6. Plur. שְׂמָחוֹת *Psal.* 16, 11.

שמט Intermisit, Intermissionem fecit, *Exod.* 23, 11, *Jer.* 17, 4. Dimisit, Demisit, Deturbavit, 2. *Reg.* 9, 33. כִּי שָׁמְטוּ *Quia demiserant, scil. eam, & sic Chal-*

dæus: R. Salom. addit Affixum, שְׁמָטוּהוּ *Amoverant eam, 2. Sam. 6, 6.* Niph. Præt. נִשְׁמְטוּ *Dimovent se, Psal. 141, 6.* Hiph. Futur. תַּשְׁמֵט *Intermittes, Deut. 15, verſ. 3.*

שְׁמִטָּה *f.* Intermiſſio, *Deut. 15. & 31, 10. Sic vocatur Annus ſeptimus, quo omne opus agricolationis intermittitur. Ut autem* שַׁבָּת *ſignificat Septimum diem ſeptimanæ, & Septem dies ſeptimanæ, id eſt, ſeptimanam integram: ſic Rabbinis* שְׁמִטָּה *& Septimum annum, & Integros ſeptem annos, id eſt, totius hebdomadis annalis complexum denotat.*

שמך שְׂמִיכָה *f.* Stragula villoſa, *Jud. 4, 18. Kimchi ſcribit, eſſe Tegumentum craſſum, ex quo utrinque exeunt* ציציות של צמר *Villi ſive flocci lanæ:* ἀμφίταπος, Amphitapa.

שמל שְׂמֹאל *m.* Siniſtra manus, Pars vel latus ſiniſtrum: א *ponitur loco* ו, *ſcribit Kimchi, quod ex abundanti quandoque abjicitur:* וְאֶפְנֶה *Et reſpiciam ad dexteram,* אוֹ עַל־שְׂמֹאל *aut ad ſiniſtram, Gen. 24, 48.* Aff. וְאֶת־שְׂמֹאלוֹ *Et ſiniſtram ſuam, Gen. 48, 14.*

שְׂמָאלִי *m.* Siniſter, *1. Reg 7, 21.* Fœm. וְעַל־כַּף *Et ſuper manum ſacerdotis* הַשְּׂמָאלִית *ſiniſtram, Lev. 14, 15.*

הִשְׂמִיל Hiph. Siniſtrare, Siniſtram petere, Ad ſiniſtram flectere vel divertere: Partic. מַשְׂמִאלִים *Siniſtrantes, Siniſtrorſum petentes, 1. Par. 12, 2.* Infin. לְהַשְׂמִיל *Ad ſiniſtram flectendum, 2. Sam. 14, 19.* Imperat. הַשְׂמִילִי *Pete ſiniſtram, Ezech. 21, 16.* Futur. אַשְׂמְאִילָה *Siniſtram petam, Gen. 13, 9.*

שִׂמְלָה *fœm.* Veſtis, Veſtimentum, *Jeſa. 3, 7.* Conſtr. שִׂמְלַת אִשָּׁה *Veſtimento muliebri, Deuter. 22, 5.* Aff. שִׂמְלָתְךָ *Veſtimentum tuum, Deut. 8, 4.* Plural. שְׂמָלוֹת *Gen. 45, 22.* Aff. שִׂמְלוֹתָם *Veſtimenta ſua, Gen. 44, 13.*

שמם שָׁמֵם Deſolare, Deſolari: Obſtupeſcere, *cùm ad animum refertur; Et ſic conſtruitur*

cum

cum Præpositione עַל Præter. שֹׁשָׁם *Qui desolatus est, Thren.* 5, 18. שָׁמְמוּ עָלַיִךְ *Obstupuerunt super te, Jesa.* 52, 14. Infin. *Propter* שַׁמּוֹת וְשָׁאֹף *Desolare & exhaurire. Ezech.* 36, 3. *Similem formam vide in* חָנַן· Futur. אָשֹׁם *Desolabo, Jesa.* 42, 14. *Similem formam vide in* קָבַב N ph. Præt. נָשַׁמּוּ מְסִלּוֹת *Desolatæ sunt viæ, Jes.* 33, 8. *Obstupescunt, Jer.* 4, 9. Pih. Part. וָאֵשְׁבָה מְשׁוֹמֵם *Et sedi stupens, Esr.* 9, 3. *Desolans, Dan.* 9, 27. Hiph. Præt. הֲשִׁמּוֹתָ *Desolasti, Job.* 16, 7. Part. מַשְׁמִים *Stupens, Ezech.* 3, 15. Infin. הַשְׁמֵם *Desolando, Mich.* 6. *v.* 13. Imper הָשַׁמּוּ *Stupore corripimini, Job.* 21, 5. *intransitivè, ut in Participio:* Futur. יַשִּׁים *Desolet, Jer.* 49, 20. *cum vocali brevi & Dagesch loco vocalis longæ, ut antè: Aliud hujus formæ vide in* יָשַׁם· Hoph. Infin. הָשַׁמָּה *Desolari ejus, id est, Desolationis; &* ה *in fine intelligitur habere Mappik, 2. Par.* 36, 21. *Lev.* 26, 34. בְּהָשַׁמָּה מֵהֶם *Dum esset desolata illis. pro* בָּהּ *transpositis punctis, v.* 43. Hithp. Futur וָאֶשְׁתּוֹמֵם *Et obstupescebam, Dan.* 8, 27. תִּשּׁוֹמֵם *Desolationem accerses tibi? Eccles.* 7, 17. *quod habet formam ex Niphal, & Hithpahel compositam, aut planè est Niphal, ut Aben Esra vult, & Cholem est loco Kametz.* Chald. Præt. אֶשְׁתּוֹמֵם Obstupui, Dan. 4, 16.

שֹׁמֵם *m.* Desolans, Desolatum, Stupendum, *Dan.* 8, 13. & 12, 11. עַל־שֹׁמֵם *Super desolatum, Dan.* 9, 27. Plur. שׁוֹמֵמִים *Desolati, Thren.* 1, 16. Et in נ, שׁוֹמֵמִין *v.* 4. Fœm. שׁוֹמֵמָה *Desolata, Jes.* 54, 1. Plur. נְחָלוֹת שֹׁמֵמוֹת *Possessiones desolatæ. Jes.* 49, 8. Constr. שֹׁמְמוֹת *Jes.* 6. *v.* 14. Aff. שֹׁמְמוֹתֵינוּ *Desolationes nostras, Dan.* 9, 18.

שְׁמָמָה *f.* Desolatio, *Jer.* 4, 27.

שִׁמָמָה *f.* Idem, *Ezech.* 35, 7. Plural. שְׁמָמוֹת *vers.* 9. Et מ cum simplici Scheva, לְשִׁמְמוֹת *In desolationes, Jerem.* 25, 12.

שִׁמָּמוֹן *m.* Idem, *Ezech.* 12, 19. & 4, 16.

שַׁמָּה *f.* Res ſtupenda, *Jer.* 5, 30. Stupor, *Jer.* 8, 21. Deſolatio, *Pſal.* 73, 19. Plural. שַׁמּוֹת *Deſolationes, Pſal.* 46, 9.

מְשַׁמָּה *f.* Stupor, *Ezech.* 5, 15. Deſolatio, *Ezech.* 6, 14. Plural. מְשַׁמּוֹת *Deſolationes, Jeſ.* 15, 6.

שמם שְׂמָמִית *f.* Araneus, Aranea: שְׂמָמִית בְּיָדַיִם תְּתַפֵּשׂ *Araneus manibus prehendit, & eſt in palatiis regum, Prov.* 30, 28. Talmudici ſcribunt per ס; *unde;* אימת סממית על העקרב *Terror aranei in ſcorpionem, Schabboth, fol.* 77, *v.* 2 *Ingreditur autem aures ſcorpii unde terrori ipſi eſt:* סממית לעקרב *Araneus contra ſcorpionem, ſcilicet creatus eſt; nempe ſi quis à ſcorpione ſit læſus, tunc araneus quaſſatus ac vulneri impoſitus, illud curat. Hinc patet, minus rectè vel pravè potiùs ſcribi in quibuſdam libris per* שׂ. *Vulgata Latina,* Stellio: *non fruſtrà. Nam* הַלְּטָאָה *juxta quoſdam eſt Stellio, Levit.* 11, 30. *& id à Jonathane transfertur* שְׂמָמִיתָא. *Poſteriores quidam Hebræi* Simiam *explicant. LXX.* καλαμώτης, *quod Piſcis genus. Fortè melius* καλαβώτης *ex Lev.* 11, 30. *quod eſt Stellio. Vide Plin. lib.* 29. *cap.* 5.

שָׁמֵן Saginari, Pinguem eſſe vel fieri, Impinguari, Præt. שָׁמַנְתָּ *Saginatus es, Deut.* 32, 15. שָׁמְנוּ *Pingues ſunt, Jer.* 5, 28. Futur. וַיִּשְׁמַן *Et ſaginatus eſt, Deut.* 32, 15. Hiph. Imper. הַשְׁמֵן לֵב *Fac ut pingueſcat cor populi hujus, Jeſ.* 6, 10. Futur. וַיַּשְׁמִינוּ *Et ſaginatæ ſunt, Neh.* 9, 25.

שֶׁמֶן *m.* Pinguedo, Oleum, Unguentum, *Gen.* 28, 18. *Lev.* 8, 2. בְּקֶרֶן בֶּן־שָׁמֶן *In cornu filio pinguedinis, Jeſ.* 5, 1. In cornu, *id eſt, loco edito, ſimili cornu elevato:* Filio olei, *id eſt, pingui & optimo. Aben Eſra:* Affix. שַׁמְנִי *Oleum meum, Hoſ.* 2, 5. Plur. מִשְׁתֵּה שְׁמָנִים *Convivium (rerum)*

(rerum) pinguium. Jes. 25, 6. רֵאשִׁית שְׁמָנִים *Præstantissimo unguentorum, Amos* 6, 6. Aff. לְרֵיחַ שְׁמָנֶיךָ *Ad odorem unguentorum, Cant.* 1. 3.

שָׁמֵן *m.* Pinguis, *Metaphoricè,* Opulentus, *juxta quosdam, Jud.* 3, 29. Fœmin. וַאֲדָמָה שְׁמֵנָה *Et terram pinguem, Nehem.* 9, 25.

שְׁמֹנֶה *m.* Octo: פָּרִים שְׁמֹנָה *Juvencos octo, Num.* 29, *v.* 29. Constr. וּבֶן שְׁמֹנַת יָמִים *Et filius octo dierum, Gen.* 17, 12. Fœm. שְׁמֹנֶה אַמּוֹת *Octo cubitorum, Ezech.* 40, 9. Plur. com. שְׁמֹנִים Octoginta, *Exod.* 7, *vers.* 7. בִּשְׁמוֹנִים שָׁנָה *Anno octogesimo,* 1. *Reg,* 6, 1.

שְׁמִינִי *masc.* Octavus, *Lev.* 23, 39. Fœminin. הַשָּׁנָה הַשְּׁמִינִת *Anno octavo, Lev.* 25, 22. Sumitur & pro Instrumento musico, 1. *Chron.* 15, 21. *& Psal.* 6, 1. *ab octo chordis sic dicto: aut Cantico, quod octo vocibus, ut loquuntur Musici, canebatur, ut Aben Esra vult. Quidam* Gravem symphoniam *explicant, qualis est Bassus, ut Musici loquuntur.*

מִשְׁמָן *m.* Pinguedo, Pingue, *Jes.* 17, 4. Plural. Constr. מִשְׁמַנֵּי הָאָרֶץ *Pinguedines terræ, Gen.* 27, 28. 29. Aff. בְּמִשְׁמַנָּיו *In pingues ejus, Jes.* 10, 16. *id est, robustos, & sic Psal.* 78, 31.

מַשְׁמַנִּים *m.* Pinguia, *Nehem.* 8, 11.

אַשְׁמַנִּים *m. p.* Pinguedines: בָּאַשְׁמַנִּים *Inter pinguedines, Jesa.* 39, 10. *id est, In omnium rerum affluentia: Aben Esra, Inter gentes, tanquam inter mortuos, &* א *est addititium: R. Menachem, In tenebrosis locis: Vide etiam in* אָשַׁם.

שָׁמַע Audivit, Exaudivit, Attendit, Auscultavit: Obtemperavit, Obedivit, Acquievit. *Construitur cum Accusativo & Præpositione* ב, ל, אֶל. *Ab. Esra, Exod.* 15, 26. *cum* ל *vel* ב *constructum, vult esse,* Obedire, Obtemperare, *ad faciendum quod auditur.* Præt. שָׁמַע

אֶל־עָנְיֵךְ *Attendit Dominus ad afflictionem tuam, Gen.* 16, 11. שָׁמַעְתָּ בְּקֹלִי *Auscultasti voci meæ, Gen.* 22. 18. Infin. לִשְׁמֹעַ לִי *Ut auscultetis mihi, Lev.* 26, 21. Chald. Præt. שִׁמְעֵת Audivi, Dan. 5, 14. Partic. præs. שָׁמְעִין Audiunt, Dan. 3, 7. Fut. דִּי תִשְׁמְעוּן קָל Cùm audietis sonum, v. 5. Niph. Præt. נִשְׁמַע *Audita est vox eorum, Jes.* 15, 4. Futur. יִשָּׁמְעוּ לִי *Obediunt mihi, Ps.* 18, 45. Pih. Futur. וַיְשַׁמַּע *Et audiri fecit, promulgavit,* 1. *Sam.* 15, 4. & 23, 8. *vel promulgatione aut promulgando convocavit.* Hiph. הִשְׁמִיעַ Audire vel Audiri aut Exaudire fecit, Audiendum proposuit, Sonum edidit, Sonuit, Personuit, Resonuit, Pronunciavit, Promulgavit, Enunciavit, Promulgatione convocavit, & *sic ferè cum* עַל *vel* אֶל *construitur, &c.* Præt. מִי הִשְׁמִיעַ זֹאת *Quis fecit ut auditum sit hoc, Jes.* 45, 21. Imper. הַשְׁמִיעוּ עָלֶיהָ *Promulgate contra eam, Jer.* 51, v. 27. *Vide &* 50, 29. Chald. in Ithpah. Futur. וְיִשְׁתַּמְּעוּן Et auscultabunt, Dan. 7, 27.

שֵׁמַע · שֵׁמַע · שָׁמַע *m.* Auditio, Rumor, Fama, Sermo: Nuncium, Sonus: Aff. שָׁמְעוּ אֶת־שִׁמְעֲךָ *Audiverunt famam tuam, Num.* 14, 15. שָׁמַעְנוּ אֶת שָׁמְעוֹ *Audivimus famam ejus, Jer.* 6, 24.

שְׁמוּעָה *f.* Idem. Constr. שְׁמֻעַת שָׁאוּל *Fama de Saule.* 2. *Sam.* 4, 4. Aff. לִשְׁמֻעָתֵנוּ *Auditui nostro, Jesa.* 53, 1. *id est, Sermoni.* Plur. וּשְׁמֻעוֹת *Et rumores, Dan.* 11, 44.

מִשְׁמָע *m.* Idem: Constr. לְמִשְׁמַע אָזְנָיו *Ad auditum aurium suarum, Jes.* 11, 13. *Apud Rab.* מַשְׁמָע *Simplex & Verbalis vocis significatio:* כמשמעו *Juxta literalem sensum suum.*

מִשְׁמַעַת *fœm.* Auscultatio, Obedientia: Aff. וְסָר אֶל־מִשְׁמַעְתֶּךָ *Incedens ad auscultationẽ tui,* 1. *Sam.* 22, 14.

הַשְׁמָעוּת *f.* Auditus, לְהַשְׁמָעוּת אָזְנַיִם *Ad auditum aurium, Ezech.* 24, 27. *Nomen est ex Infinito Hiphil ad formam Chaldaicam factum.*

עמץ

שֶׁמֶץ *m.* Particula, Pauxillum, Minimum: שֶׁמֶץ מֶנְהוּ *Pauxillum de eo. Job.* 4, 12. וּמַה שֵּׁמֶץ דָּבָר *Et quantulum, quantam particulam rei, Job.* 26, 14. *Onkelos* קְצַת *Aliquid: Rabbini* מְעַט *Parum.*

שִׁמְצָה *fœm.* Ignominia, Infamia, *quasi bonæ famæ Imminutio, Exod.* 23, 25. *Onkelos,* שׁוּם בִּישׁ *Nomen malum.*

שָׁמַר Custodivit: Servavit, Asservavit, Conservavit, Observavit, Reservavit: *Construitur cum Accusativo & quandoque cum Præpositione* לְ אֶל. Præterit. וְלָמָּה לֹא שָׁמַרְתָּ אֶל־אֲדֹנֶיךָ *Quare non observasti ad dominum tuum regem?* 1. *Sam.* 26, 15. *& sic* 2. *Sam.* 11, 16. Futur. אֶשְׁמָר־לוֹ *Custodiam ipsi misericordiam meam, Psal.* 89, 29. *& sic Jerem.* 5, 24. 1. *Reg* 3, 6. Niph. נִשְׁמַר Servari, Observare, vel Custodire se, Cavere sibi: *Construitur cum præpos.* בְּ & מִן עַל. Præt. לֹא נִשְׁמַר *Non cavebat sibi*, 2. *Sam.* 20, 10. וְנִשְׁמַרְתֶּם בְּרוּחֲכֶם *Et cavebitis in animo vestro, Malach.* 2, *v.* 15. Pih. Particip. מְשַׁמְּרִים *Observantes, Jon.* 2, *vers.* 8. Hithp. Futur. וָאֶשְׁתַּמֵּר *Et caveo mihi*, 1. *Sam.* 22, 24. וְיִשְׁתַּמֵּר *Et observatur, Mich.* 6, 16.

שָׁמִיר *masc.* Sentis, Senticetum, *Spinæ genus, sic dictum, quòd aculeis suis servet ac retineat tacta:* שָׁמִיר וָשַׁיִת *Sentis & vepres, Jesa.* 5, 5. *Item,* Lapis durissimus, *quasi diu Servabilis,* Adamas, *Jer.* 17, 1. *Zach.* 7, 12. Aff. וּשְׁמִירוֹ *Et sentes ejus, Jes.* 10, 17.

שִׁמֻּרִים *masc. pl.* Observationes, Custodiæ, *Exod.* 12, *v.* 42.

שְׁמָרִים *m.* Fæces, *Jesa.* 25, 6. *à Conservando vino:* מִשְׁתֵּה שְׁמָרִים *Convivium vini è fæcibus, hoc est, Vini defæcati atque purissimi, Jesa.* 25, 6. Aff. עַל־שְׁמָרָיו *Super fæces suas, Jer.* 48, 11.

שְׁמֻרוֹת *f. p.* Vigiliæ, *Ps.* 77, 5. *juxta R. Salomonem: vel* Palpe-

Palpebræ, *sic dictæ, quòd oculorum sint Custodiæ, juxta Aben Esram.*

מִשְׁמָר *m.* Custodia, Carcer, Observatio: מִכָּל־מִשְׁמָר *Præ omni observatione, Prov.* 4, 23. Constr. בְּמִשְׁמַר *Genes.* 40, 3. Aff. בְּמִשְׁמָרוֹ *In custodia sua, Neh.* 7, 3. Plural. cum Aff. בְּמִשְׁמָרָיו *In custodiis suis, Neh.* 13, 14.

מִשְׁמֶרֶת *f.* Idem: Aff. מִשְׁמַרְתּוֹ *Observationem ejus, Num.* 3, 7. Plural. מִשְׁמָרוֹת *Custodiæ, Nehem.* 13, 30. Constr. מִשְׁמְרוֹת *Custodiæ habitantium, Neh.* 7, 3. Aff. בְּמִשְׁמְרוֹתָם *In observationibus suis Num.* 8, 26.

אַשְׁמוּרָה *f.* Vigilia: *Psal.* 90, 4. Plur. לְרֹאשׁ אַשְׁמֻרוֹת *In principio vigiliarum, Thren.* 2, 19.

אַשְׁמֹרֶת *f.* Idem, *Exod.* 14, 24. *ubi scribit R. Salomon:* שלשה חלקי הלילה קרויין אשמורת ואותה שלפני הבקר קרוא אשמורת הבקר: *Tres partes noctis vocantur Vigilia, & ea quæ est ante manè, vocatur Vigilia matutina.*

* מִשְׁמְרוֹת שׁמר *Vide suprà in* סמר.

שַׁמֵּשׁ Chald. in Pahel, *Ministravit*: Fut. יְשַׁמְּשׁוּנֵהּ Ministrabunt ei, Dan. 7, 10.

שֶׁמֶשׁ *m.* Chald. & Emph. שִׁמְשָׁא *Sol*, sic dictus, quòd in administrando lumine totius Mundi minister sit: וְעַד מֶעָלֵי שִׁמְשָׁא Usque ad occasum solis, Dan. 7. 14. *Sic Hebr.* שֶׁמֶשׁ וְיָרֵחַ *Sol & Luna, Joël.* 2, 10. Aff. שִׁמְשֵׁךְ *Sol tuus, Jes.* 60, 20. Plural. *termin. fœminin.* Specularia, Fenestræ, *per metaphoram*: Aff. שִׁמְשֹׁתַיִךְ *Specularia tua, Jes.* 54, 12.

* שִׁנְיָן שנא *Vide mox in* שָׁנָה.

שָׂנֵא Odit, Odio vel Exosum habuit, Odio prosecutus fuit: Præt. כִּי שָׂנֵא *Quia odio habuit, 2.Sam.* 13, 22. שָׂנֵאתָ *Odisti, Ps.* 5, 6. שְׂנֵאתֶם אוֹתִי *Odistis me, Gen.* 26, 27. Chald. Part. Plural. cum Aff. לְשָׂנְאָיךְ Odio habentibus te, Dan. 4, 16. Niph. Futur.

יִשָּׂנֵא

יִשָּׂנֵא *Odio erit, Prov.* 14, 17. Pih. Particip. מְשַׂנְאַי *Odio habens me, Osor meus : Psal.* 55, 13.

שְׂנִיאָה *f.* Exosa, *Deut.* 21, 15.

שִׂנְאָה *f.* Odium, *Ps.* 139, 22. Constr. וְשִׂנְאַת חָמָס *Odio violentiæ, hoc est, violento. Ps.* 25, 19. Aff. מִשִּׂנְאָתוֹ אוֹתָם *Propter odium ejus ipsos, Deut.* 9, 28. *id est, Quia oderat illos,* Plural. anomalum, מִשִּׂנְאָתֶיךָ בָּם *Præ odio tuo contra illos, Ezech.* 35, 11. *Similia vide Psal.* 9, 15: *Jer,* 3, 2.

* שִׂנְאָן *Vide in* שנה.

שנב אֶשְׁנָב *m.* Fenestra, Fenestella: *Jud.* 5, 28. Aff. בְּעַד אֶשְׁנַבִּי *Per fenestellam meam, Prov.* 7, 6.

שָׁנָה Iterare, Secundò-facere, Mutari, Variari: Præter. וְלֹא שָׁנָה לוֹ *Et non iteravit ei; scil. dictum,* 1. *Sam.* 20, 10. לֹא שָׁנִיתִי *Non mutor, Mal.* 3, 6. Partic. שֹׁנֶה בְדָבָר *Iterans rem, Prov.* 17, 9. Plur. שׁוֹנִים Varia, Diversa, Mutata, *Esth.* 1, 7. Futur. cum א. יִשְׁנֶא *Mutatur, Thren.* 4, 1. Chald. שְׁנָה. שְׁנָא. Præter. לָא שְׁנוֹ Non mutatæ fuerunt, Dan. 3, 27. שְׁנוֹהִי Immutati fuerunt ipsi, Dan. 5, 6. Particip. Plural. שָׁנַיִן Mutati erant, Daniel. 5, 9. Fœminin. שָׁנְיָה מִן כָּלְהֵן Diversa ab omnibus istis, Daniel. 7, 19. Plural. שָׁנְיָן Diversæ, vers. 3. Futur. יִשְׁנֵא Diversus erit, vers. 24. דִּי לָא תִשְׁנֵא Ut non mutaretur, Daniel. 6, v. 18. Niph. Infinit. וְעַל הִשָּׁנוֹת *Et propter iterari, Genes.* 41, 32. Pih. Præterit. וְשִׁנָּא *Et mutavit,* 2. *Reg.* 25, *v.* 29, *cum* א *pro* ה: Particip. מְשַׁנֶּה פָנָיו *Mutans vultum suum, Job.* 14, *vers.* 20. Chald. Præter שַׁנִּיו Mutarunt, Daniel 3, v. 28. Particip. fœmin. וְהִיא מְשַׁנְּיָה Eratque diversa, Dan. 7, 7. Futur יְשַׁנּוֹ Mutent, Dan. 4, 13. Pyh. Futur. יְשֻׁנֶּה *Duplicetur, Eccles.* 7, 32. Chald. in Aphal Partic מְהַשְׁנֵא Mutans, Dan. 2, 21. Infinit. דִּי לָא לְהַשְׁנָיָה Ad non mutandum, Dan. 6, 9. Futur. דִּי יְהַשְׁנֵא qui mutaturus est, Esr. 6.

Esr. 6, 11. Hithp. Præter וְהִשְׁתַּנִּית *Et mutabis te, Dissimulabis te,* 1. *Reg.* 14, 2. Chald. Præter אֶשְׁתַּנִּי Immutatus fuit, Dan. 3, 19. Futur. יִשְׁתַּנֵּא Mutabitur, 2, 9. יִשְׁתַּנּוֹ Mutentur, 5, 10. וְזִיוַי יִשְׁתַּנּוֹן Et splendores mei mutati fuissent in me, 7, 28.

שְׁנַיִם *m. d.* Duo, Bini, *Gen.* 6, 20. שְׁנַיִם עֵצִים *Duo ligna,* 1. *Reg.* 17, 12. שְׁנַיִם עֵדִים *Duorum testium, Deut.* 19. *v.* 15. Constr. שְׁנֵי עָשָׂר *Duodecim, Num.* 7, *v.* 3. בִּשְׁנֵי עָשָׂר חֹדֶשׁ *Duodecimo mense, Ezech.* 32, 1. In compositione cum hoc numero sæpissimè resumit ם præced. Tzere: שְׁנֵים עָשָׂר *Gen.* 17, 20. Aff. שְׁנֵיהֶם *Ambo illi, Gen.* 21, 3. Fœmin. שְׁתַּיִם Duæ, Duo, *habetq; se ut suum masculinum:* Constr. שְׁתֵּי & שְׁתֵּים Aff. שְׁתֵּיהֶן *Ambæ illæ,* 1. *Sam.* 25, 43. *Dicitur autem* שְׁתַּיִם *pro* שְׁנְתַּיִם, *retinetq; Dageſch post Scheva euphoniæ causâ, alioqui contra proprietatem linguæ.*

שֵׁנִי *m.* Secundus, *Gen.* 1, 8. Plural. שְׁנִיִּם *Secundæ, Secundanæ contignationes, Gen.* 6, 16. וּשְׁנִיִּם *Et secundani, Num.* 2, 16. Fœmin. שֵׁנִית Secunda, *Gen.* 4, 19. *Verbo junctum adverbiascit,* Secundò, Iterum, 2. *Sam.* 14. *v.* 29. & 16, 19.

שָׁנָה *f.* Annus, *ab Iteratione dictus, quòd sole ad punctum, unde digredi cœperat, redeunte, Iteretur, & in se sua per vestigia semper volvatur & redeat:* שָׁנָה שָׁנָה *De anno in annum, id est,* Annuatim, *Deut.* 14, *v.* 22. Constr. שְׁנַת שִׁלּוּמִים *Annus retributionum, Jes.* 34, 8. Aff. בֶּן שְׁנָתוֹ *Filium anni sui, id est, Anniculum, Levit.* 12, 6. Dual. שְׁנָתַיִם *Duo anni, Amos* 1, 1. Plur. Const. שְׁנוֹת חַיִּים *Anni vitæ, Prov.* 4, 10. Aff. שְׁנוֹתֶיךָ *Anni tui, Psal.* 102, 25. Et mascul. terminationis, שָׁנִים *Malach.* 3, 4. Constr. שְׁנֵי רָעָב *Anni famis, Gen.* 41. *v.* 30. Aff. שָׁנָיו *Anni ejus, Lev.* 25, 52 שְׁנֵיהֶם *Et anni eorum, Job.* 36, 11. Chald. בִּשְׁנַת חֲדָה In anno unius

id

id est, primo, Dan. 7, 1. Esr. 5, 13. שְׁנִין שַׂגִּיאָן Annis multis, Esr. 5, 11.

שָׁנִי m. Dibaphum, coccineum, *quasi Duplicatum aut Bis tinctum dicas, Exod.* 25, 26. *&* 28. *& passim*: Filum coccineum, *Gen.* 38, 28. Constr. שְׁנִי *Lev.* 14, *v.* 4. 6 Plural. לָבֻשׁ שָׁנִים *Vestitus coccineis, id est, pretiosis vestibus aut Duplicibus, Prov.* 31, 21.

שִׁנְאָן m. Iteratio: אַלְפֵי שִׁנְאָן *Milia iterationis, Ps.* 68. *v.* 18. *id est, Iterata ac multiplicata.* א est loco י, pro שִׁנְיָן *formæ* קִנְיָן *scribit Aben Esra.*

מִשְׁנֶה m. Duplicitas, Duplum, Secundum, Secundanum, Secundus, Secunda pars: Exemplar, Exemplar duplicatum & iteratum: מִשְׁנֶה לַמֶּלֶךְ *Secundus à rege, Esth.* 10, 3. וּמִשְׁנֶה־כֶּסֶף *Et duplex argentum, Gen.* 43, 15. Constr. מִשְׁנֵה הַתּוֹרָה *Duplum, Exemplar Legis, Deut.* 17, 18. Aff. מִשְׁנֵהוּ *Secundus ejus,* 1. *Sam.* 17. *v.* 13. Plural. מִשְׁנִים *Secundani, Secundi, Duplices, Esra* 1, 10 הַמִּשְׁנִים *Secundani,* 1. *Paralip.* 15, 18. וְהַמִּשְׁנִים *Et secundarios,* 1. *Sam.* 15, *v* 9. *id est, Minùs præstantes & pingues, Rab. Salomon; Præpinguia, id est, carne & pinguedine Duplicata corpora habentia.*

שֶׁנְהַבִּים *Vide in sequenti Radice.*

שָׁנַן Acuere: Præter. אִם־שַׁנּוֹתִי *Si acuero, Deut.* 32. *vers.* 41. Pih. Præter. וְשִׁנַּנְתָּם *Et acues ea, id est, Accuratè & commodissimè inculcabis, Deuter.* 6, 7. Hithp. Futur. אֶשְׁתּוֹנָן *Pungebar, meipsum exacuebam, Psal.* 73, 31.

שֵׁן c. Dens Scopulus acutus, 1. *Sam.* 14, 4. *Synecdochicè* Ebur, *seu Dens elephantis,* 1. *Reg.* 22, 39. Aff שִׁנּוֹ *Dente ejus, Exod.* 21, 27. Dual. שִׁנַּיִם *Dentes, Gen.* 49. 12. *Dualis forma est propter duplicem ordinem dentium: Sic etiam Bis bini pedes ponuntur pro Duobus, ut in* רֶגֶל *dictum.*

dictum. Conſtr. שִׁנֵּי רְשָׁעִים *Dentes improborum, Pſ.* 3, 8. Aff. תִּקְהֶינָה שִׁנָּיו *Obſtupeſcunt dentes ejus, Jer.* 31, 30. Chald. וְשִׁנַּיִן Et dentes, Dan. 7, 7. Aff. בֵּין שִׁנַּיהּ Inter dentes ejus, verſ. 5. quod Maſorethæ abſque י legendum ſcribunt.

שְׁנִינָה *f.* Dicterium, *Acutum dictum, Deut.* 28, 37.

שֶׁנְהַבִּים *p. m.* Dentes elephantum: Ebora, 1. *Reg.* 10. *v.* 22. *Ex nomine* שֵׁן *compoſitum judicatur, etſi vera ejus ratio incognita ſit. Targum* שֵׁן דְּפִיל *Dens Elephanti. Nam* פִּיל Elephas.

שנס Pih. שִׁנֵּס Accinxit: Futur. וַיְשַׁנֵּס מָתְנָיו *Et accinxit lumbos ſuos,* 1. *Reg.* 18, 46.

שָׁסָה Diripuit, Deprædatus eſt, Præt. שָׁסוּ לָמוֹ *Diripuerunt ſibi, Pſ.* 44, 11. Part. מִיַּד שֹׁסֵהוּ *E manu diripientis eum,* 1. *Sam.* 14, 48. Cum Epentheſi א: שֹׁאסַיִךְ *Diripientes te, Jer.* 30, 16. Pih. cum ש loco ס: שׁוֹשֵׁתִי *Deprædatus ſum, Jeſa.* 10, *v.* 13. *Cholem ponitur loco Dageſch, aut eſt forma mixta ex* עָסָה *&* שָׁסַס.

שָׁסַס Diripuit, Deprædatus eſt: Præterit. שַׁסֻּהוּ *Diripuerunt eum, Pſal.* 89, 42. Futur. וַיָּשֹׁסּוּ *Et diripuerunt eos, Jud.* 2, 14. Niph. Præt וְנָשַׁסּוּ הַבָּתִּים *Et diripientur domus, Zach.* 14, 2. Futur. יִשַּׁסּוּ *Diripientur, Jeſ.* 13, 16.

מְשִׁסָּה *f.* Direptio, *Jeſ.* 42, 22. *Jerem.* 30, 16. Plural. לִמְשִׁסּוֹת *In direptiones, Hab.* 2, 7.

שָׁסַע Diffindere, Diffiſſum, Bifidatum, Bifidum eſſe; *ita tamen ut poſterior pars cohæreat.* Part. שֹׁסַע שֶׁסַע *Findens fiſſuram ungulæ, Lev.* 11, 7. Fœm. שֹׁסַעַת *Bifidata, Ibid. v.* 26. Pih. Præt. וְשִׁסַּע אֹתוֹ *Et findet eam, Lev.* 1, 17. Infinit. כְּשַׁסַּע *Juxta diſcindere, Jud.* 14, 5. Futur. וַיְשַׁסַּע *Et diſcidit,* 1. *Sam.* 24, 8. *id eſt, Diſtraxit & cohibuit.*

שֶׁסַע *m.* Fissura, *Lev.* 11.

שׁסף Pih. שִׁסֵּף Dilaniavit: Dissecuit: Fut. וַיְשַׁסֵּף *Et dilaniavit,* 1. *Sam.* 15, 33.

שׁעה Respexit, Attendit, *& construitur cum* אֶל· Avertit se, vel vultum suum, Destitit Desiit ab aliquo: *Sic construitur cum* מִן *vel* מֵעַל: Oblectavit se in re aliqua; *& sic constr. cum* ב: *Denique ex linguæ Chaldaicæ usu,* Illini, Oblini, Obduci, *quod est à* שׁוּע *Chaldaico.* Præt. וְאֶל־קַיִן וְאֶל מִנְחָתוֹ לֹא שָׁעָה *Ad Cainum autem & oblationem ejus non respexit,Gen.*4, 5. Imper. שְׁעֵה מֵעָלָיו *Respice ab illo; Averte, Desiste ab illo, Job.* 14, 6. Futur. וְאֶשְׁעָה בְחֻקֶּיךָ *Et oblectabo me in statutis tuis, Psal.* 119, 117. *cum Kametz loco Sægol, juxta Ab. Esram & Kimchium:* וְלֹא תִשְׁעֶינָה עֵינֵי רֹאִים *Neque erunt obducti oculi videntium, Jes.* 32, 2. *Chaldæus,* וְלָא יִטַּמְטְמָן *Et non erunt obturati; scilicet sicut nunc sunt, sed clarè perspicient: Hebræi accipiunt in eadem significatione, quâ* הָשַׁע *Jes.* 6, 10 *de quo in* שׁוּע. Pih. שִׁעֲשַׁע Oblectavit, vel Oblectavit se, *Jes.* 1, 4. תּוֹרָתְךָ שִׁעֲשָׁעְתִּי *Lege tuâ oblecto me, Psal.* 119, *v.* 70. Futur. יְשַׁעַשְׁעוּ נַפְשִׁי *Oblectabunt animam meam, Psal.* 94, 19. Pyh. Fut. תְּשָׁעֳשָׁעוּ *Oblectabimini, Jesa.* 66, *v.* 12 Hiph. Imper. הָשַׁע מִמֶּנִּי *Averte te, Desiste à me, Psal.* 39, 14. *quod formam habet à* שׁוּע· *sed significatione & structurâ pertinet huc.* Hithp. הִשְׁתָּעָה Stupere, Obstupescere: Futur. אַל תִּשְׁתָּע *Ne stupeto, Jes.* 41, 10. *per Apocopam:* וְנִשְׁתָּעָה *Ut obstupescamus, Ibid. vers.* 23. *vel ex Chaldaico usu, Enarrabimus ea, confabulabimur de iis.* Ex forma Pihel. Præt הִשְׁתַּעַשְׁעוּ *Oblectant se, Jes.* 29, 9. Futur. אֶשְׁתַּעֲשַׁע *Oblectabo me, Psal.* 119. 16.

שָׁעָה *m.* Chald. *Hora,* quasi temporis Nunciatrix: nam אִשְׁתָּעָה in Targum usurpatur pro Hebræo סִפֵּר

Nunciavit, Enarravit. Aut si ab Hebræo שָׁעָה deducas, sic dicitur, quòd ad eam homines in cunctis suis actionibus Respiciant & Attendant: כְּשָׁעָה Quasi horam unam, Dan. 4, v. 16. בַּהּ־שַׁעֲתָא Eadem ipsâ horâ, Dan. 3, vers. 15. *Plural. in Targum* שָׁעִין *Cantic.* 1, *v.* 1.

שַׁעֲשֻׁעִים *m.pl.* Oblectationes, Oblectamenta, Deliciæ, *Prov.* 6, 30. Aff. שַׁעֲשֻׁעָיו *Deliciarum ejus, Jes.* 5, 7.

מִשְׁעָה *m.* Aspectus: Aff. לְמִשְׁעִי *Ad aspectum meum, Ezech.* 16, 4. *id est, Quùm primùm te aspexi. Sic,* לְרַגְלִי *Ad pedem meum, id est, Quùm primùm ad te pedem intuli, Gen.* 30, 30. *vel est pro absoluto* מִשְׁעָה. (*ut & suprà* רֵעִי *fuit pro* רֵעָה) *Ad aspectum, id est, ut jucunda aspectu esses, corpore eleganti, cute molli & nitidâ, ut lotiones vel aquæ calidæ infantes reddere solent.*

שעט שַׁעֲטָה *f.* Strepitus, Plausus: Constr. מִקּוֹל שַׁעֲטַת *A sono plausus, Jer.* 47, 3.

שַׁעַטְנֵז *masc.* Variè commixtum, Heterogeneum vestimentum, *veluti ex lana & lino, aut aliis prohibitis generibus confectum, Lev.* 19, 19. *Deut.* 22, 11. *Vox peregrina judicatur esse. Talmudici tripliciter vocem compositam esse volunt, Tractatu Nidda, cap.* 9, *fol.* 61. *Inde petita sunt quæ Kimchi in lib. Radic. adfert. Prolixiora sunt, & incerta unde prætereo.*

שעל שֹׁעַל *masc.* Pugillus: Aff. בְּשָׁעֳלוֹ *Pugillo suo, Jes.* 40, 12. Plural. לִשְׁעָלִים *Pugillis,* 1. *Reg.* 20, 10. Constr. בְּשַׁעֲלֵי שְׂעֹרִים *Pro pugillis hordei, Ezech.* 13, 9.

שׁוּעָל *m.* Vulpes, *Nehem.* 4, 3. Plural. שׁוּעָלִים הִלְּכוּ בוֹ *Vulpes ambulant in eo, Thren.* 5, 18.

מִשְׁעוֹל *m.* Trames, Semita, *Num.* 22, 24.

שען Niph. נִשְׁעַן Niti, Inniti, Incumbere: *Construitur cum præposit.* עַל *& quandoque cum* אֶל *&* ל.

& ל. Præter. נִשְׁעָן עַל־חֲנִיתוֹ *Incumbebat hastæ suæ*, 2. *Sam.* 1, 6. Cum ל construitur, *Num.* 21, 15. Infin. לְהִשָּׁעֵן *Inniti*, *Jes.* 10, 20. Futur. וְאֶל־בִּינָתְךָ אַל־תִּשָּׁעֵן *Et intelligentiæ tuæ ne innititor*, *Prov.* 3, 15.

מִשְׁעָן *m.* Scipio, Baculus, Bacillus, 2. *Sam.* 22, 19. Constr. וְכָל־מִשְׁעַן לֶחֶם *Et omnem scipionem panis*, *Jesa.* 3, 1.

מַשְׁעֵן *m.* Idem, *Ibid.*

מַשְׁעֵנָה *f.* Idem, *Jesa.* 3, 1.

מִשְׁעֶנֶת *f.* Idem, 2. *Reg.* 18, 21. Aff. עַל־מִשְׁעַנְתּוֹ *Super scipione suo*, *Exod.* 21, 19. Plural. cum Aff. בְּמִשְׁעֲנֹתָם *Scipionibus suis*, *Num.* 21, 18.

* שעף שְׂעִפִּים *Vide in* סעף.

שָׁעַר Æstimavit: Præter. כְּמוֹ שָׁעַר בְּנַפְשׁוֹ *Ut æstimat cum animo suo*, *Prov.* 23, 7.

שַׁעַר *m.* Porta, *Gen.* 22, 17. *Vide mox in fine hujus Radicis*: Cum ה locali שַׁעְרָה *In portam*, *Jes.* 28, 6. & *sic Deut.* 22, 15. Dual. שַׁעֲרַיִם *Sabarajim, Proprium nomen oppidi*, 1. *Sam.* 17, 52. *Jos.* 15, 26. Plural. שְׁעָרִים *Portæ*, *Psal.* 24, 9. *Et semel juxta aliam significationem*, Mensuræ; מֵאָה שְׁעָרִים *Centum mensuras*, *Genes.* 26, 12. Constr. שַׁעֲרֵי *Portæ*, *Psal.* 87, 2. Aff. בֹּאוּ שְׁעָרָיו *Ingredimini portas ejus*, *Psal.* 100, 4.

שֹׁעֵר *m.* Janitor, 2. *Reg.* 7, 10. Plural. שֹׁעֲרִים *Neh.* 12, 25. Constr. לְשֹׁעֲרֵי *Janitoribus liminum*, 2. *Par.* 23. *vers.* 4.

שֹׁעָר *m* Horrendus, *ex significatione sequentis Radicis*: Plural. כַּתְּאֵנִים הַשֹּׁעָרִים *Sicut ficus horrendas*, *Jer.* 29, *v.* 17.

שַׁעֲרוּרָה *f.* Res horrenda, *Jer.* 5, 30.

שַׁעֲרוּרִית *f.* Idem, *Jer.* 18, 13.

שַׁעֲרוּרִיָּה *f.* Idem, *Hos.* 6, 10. *Ex Horroris significatione quidam* שַׁעַר *Portarum nomen traductum putant, quòd*

tùm robore & munitionibus suis, tùm judiciis publicis, quæ sub illis exercebantur, Horrori sive Horrendæ essent.

שָׂעַר Horrere, Horrescere : Præterit שָׂעֲרוּ שַׂעַר *Horrescunt horrore, Ezech 27, 35.* שְׂעָרוּם *Horruerunt ab eis, Deut. 32, 17. pro* שָׂעֲרוּ מֵהֶם Imperat. וְשַׂעֲרוּ *Et horrescite, Jer. 2, 12. Alia quæ hinc esse possint, vide ad* סער.

שַׂעַר *m.* Horror, *Job.* 18, 20 Turbo, *Vide* סַעַר : Capillus, Pilus, *Jes.* 7, 20. Aff. שַׂעְרֵךְ *Pilus tuus, Cant.* 4, 1. Fœm. שַׂעֲרָה *Idem, Jud.* 20, 16. Constr שַׂעֲרַת בְּשָׂרִי *Pilus carnis meæ, Job.* 4, 15. Aff. מִשַּׂעֲרָתוֹ *De capillis ejus,* 1. *Reg.* 1, 52. Plural. מִשַּׂעֲרוֹת רֹאשִׁי *Præ capillis capitis mei, Psal.* 40, 13.

שֵׂעָר *m.* Pilus, Capillus, *Levit.* 13, 10 Constr אֶת־שְׂעַר רֹאשׁ *Pilum capitis, Num.* 6, 18. Aff. שְׂעָרוֹ *Pilum suum, Lev.* 14, 8. Chald. וּשְׂעַר רֵאשְׁהוֹן Et capillus capitis ipsorum, Dan. 3, 17. עַד דִּי שַׂעְרֵהּ Donec capillus vel pili ejus, Dan. 4, 30.

שָׂעִיר *m.* Pilosus, Hirsutus, *Gen.* 27, 11. Hircus, *à longis pilis sive villis sic dictus, Levit.* 4, 24. Dæmon sylvestris, *Jes.* 34, 14. *sic dictus, quòd formâ Hirci in sylvis & desertis locis appareret, & videntibus Horrorem incuteret. Quidam,* Scops, *avis horrenda.* Constract. שְׂעִיר עִזִּים *Hircum caprarum, Genes.* 37, *v.* 1. Plural. וּשְׂעִירִים *Et scopes, Jes.* 13, 21. *Aben Esra notat hîc, præstare ut intelligantur Aves horrendæ desertorum locorum, quàm Hirci sylvestres, Dæmones, Fauni, aut similia monstra : Hirci, Levit.* 16, *vers.* 7. *Dæmones, Levit.* 17, *v.* 7. *Et juxta aliam significationem,* Imbres tenues, *Deuteron.* 32, *vers.* 2. Construct שְׂעִירֵי *Hircos caprarum, Levit.* 16, 5. Fœmin. שְׂעִירָה Capra : Constr. שְׂעִירַת *Levit.* 4, 28. Plural. שְׂעִרֹת Pilosæ, *Genes.* 27, 23.

שְׂעוֹרָה f. Hordeum, *Deuter.* 8, 8. *quòd ſit Hirſutum*; Plur. קְצִיר הַשְּׂעוֹרִים *Meſſis hordeorum, Ruth.* 2, 23.
* שַׁעֲשַׁע *Vide ſuprà in* שָׁעָה.

שפה Niph נִשְׁפָּה Eminere, Eminens, Excelſum eſſe: Part. נִשְׁפֶּה *Jeſ.*13, 2. Pyh. Præt. וְשֻׁפּוּ *Et emineant, juxta R.Levi, Job.*33, 21. *Ab. Eſra* Conterantur, *ex Chaldaica Verbi ſignificatione.*

שְׁפִי *m.* Clivus, *Locus eminens*; וַיֵּלֶךְ שֶׁפִי *Et abiit in clivum, Num.*23, 3. *pro* אֶל שְׁפִי *Aben Eſra: Paraphraſtes Chaldæus,* Solus: Plur. עַל שְׁפָיִם *Ad eminentia loca, Jer.* 3, 2. *quod defectivum, ſed plenè* שְׁפָיִים *v.* 21.
שְׁפוֹת *f. p.* Caſei. *quaſi Eminentes,* 2. *Sam.* 17, 29.
אַשְׁפּוֹת, הַשְׁפוֹת *Vide in* אָשַׁף.

שפה *f.* Labium, *oris propriè*: *Inde* Labrum, Ora, Ripa, Littus: *Item,* Sermo, *ut Gen.*11, 1.6. Conſtr. עַל־שְׂפַת הַיָּם *In littore maris, Gen.*22, 17. Aff. עַל שְׂפָתוֹ *In ora ejus, Exod.*28, 26 עֲרַל שְׂפָתַיִם *Incircumciſus labiis Exod.* 6, 12. Conſtr. שִׂפְתֵי מִרְמָה *Labiis doli, id eſt, doloſis, Pſal.*P7, 1. Aff. שְׂפָתַי תִּפְתָּח *Labia mea aperias Pſal* 51, 17. Et formæ fœm. שִׂפְתוֹתָיו *Labia ejus, Cant.* 5, 13.

